

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91**

P-Z - Ettenheim-Münster 91

**Richard, Jean**

**[S.l.], 1776**

Relapsus

[urn:nbn:de:bsz:31-110889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110889)

Eadem habet lib. 3. c. 19. et libro septimo capite primo.

Memorabilia sunt ea, quae R. Didacus Alvarez Ord. S. Dominici c. 12. De auxilio Dei eloquitur, praecipue circa curam, quam providentia de probis gerit, ubi praestantissimos S. Augustini et S. Bernardi in Psal. 90. textus refert.

S. Gregorius variis operum suorum locis de diversis providentia proprietatibus differt: 1º Quod sit immutabilis, et quod omnia succedant prout ipsa disposuit. Si jam in hoc mundo peccatorem vult punire, nihil ei ad vota succedit: Arescit in ejus laboribus terra, conculcitur in ejus naufragiis mare, ignis in ejus sudoribus aer, obturbabrescit contra eum inundationibus coelum, inardescunt in ejus oppressionibus homines. In hac verba: Ipsa solus est, et nemo potest avertare cogitationem ejus.

2º Quod sit universalis. Respondunt legi ea, quae de ea dicit lib. 25. et 27. Moralium in Job.

3º Quod sit infinita, perspicax et justa. 4º Quod specialem curam gerat proborum, atque ipsamet eorum inimicorum malitia utatur ad probandam illorum virtutem, atque ad eminentissimam sanctitatem eos perducatur: miro dispensationis ordine dum tantantur; dum humiliantur Behemot esse jam desinat, electos Dei unde malignus hostis contemnit, inde amittit: unde tantat ut perdat, agit inde ne pereant. occultis Dei dispensationibus servians, sanctorum animas ad incertum tantat volans, sed ad regnum tentando servit invitus. Quod quia non humana, sed divina providentia agitur, ut uti libati justorum ipsa vetusti adversarii astutia suffragatur.

R.  
Relapsus  
in  
Peccatum.

Miser Status illorum qui in peccata sua relabuntur, necessitas perseverantia Christiana, et media eam acquirandi.

Sermo Primus.

siunt novissima hominis illius peiora prioribus. Luca 11. v. 26.

Quale spectaculum hic oculis vestris expositum. Si enim et quam deplorandus est hominis illius status, cujus possessionem quamvis unicus esset, cepit? Ordinarii hostes laboribus hostes sola corpora nostra adorantur, sed ille et corpora et animas nostras perdere satagit. Ordinarii hostes labore

Pro Dom. 37  
Quadr. vel  
pro fest. 4. post  
Dom. 1. Mart.

et fatigationibus exhausti quiescunt ille nunquam dormit nec  
quiescit. Aliis pacis condiciones offeruntur, quas saepe acceptant.  
Si ille quibundam consentire videtur, tum id a ratione dnm.  
taxat facit, ut nova capiat consilia atque cum majori astutia  
nos decipiat. Alius pudor, quod victi fuerint, spem et animum  
saepe adimit: ille vero post multas acceptas clades adhuc fit  
insolentior, arrogantior, obstinatior ad restaurandam pugnam.

Miser homo, quam deplorandus igitur est Status tuus, ubi tibi  
cum aduº terribili hoste pugnadum est, quamvis solus et sine pro-  
sidio esset! Sed maiora adhuc infortunia tibi praedicanda ha-  
beo, quando copias auxiliaves sumit, ut duritiam tyrannidis  
suae te vehementius sentire faciat, atque in loco unde non  
amplius egredi statuit, se muniat.

Loquamur cum expressionibus minus figuratis, quamvis  
ex nostro Evangelio contra sint. Peccator semper legendus est,  
quamvis non nisi unicum peccatum mortale commisisset: Sed  
si obtenta illius venia novis relapsibus Daemonem, quem  
gratia Sacramentorum expulerat, denuº revolet, tum tyran-  
nesticam contumeliã qua affectus fuit irritatus, et ultionis im-  
patiens, alios septem Spiritus nequiores se sumit, atque fatali  
potestate, quam ipse peccator ei tribuit illius novissi-  
mum Statum pejorem priori efficit.

Anima inconstans, qua modo cum lacrymis misericor-  
diam Dei imploratis, modo ipsius bonitatis divitias contem-  
nitis, id parum cogitatis. Anima inconstantes et infideles,  
quarum vita in continuã virtutum et vitiorum, promissionum  
Dei factarum, et violatarum, juramentorum fidelitatis,  
et perfidia criminum circulatione transigitur: id, inquam,  
parum cogitatis.

Aperientes denuº corda vestra Dæmoni, non ea, quam  
vobis temerè pollicemini, facilitate illum expelletis, gratis,  
quas recepistis abutentes, inter vos et Deum murum Sepa-  
rationis erigatis, quem nulla humana potentia rumpere  
valabit, et relapsibus vestris nova obstacula vestrae conver-  
sioni ponentes, novissimus Status vester priori <sup>pejor</sup> evadet ex  
duabus rationibus, quas affert S. Chrysostomus\*, et sermo-  
nem hunc constituent.

\* hom. 56. in  
c. 27. Genes.

Divisio.

In peccata vestra recidentes, vestris relapsibus Deum  
minus propitium et magis inexorabilem et peiores effici-  
mini; prima ratio. In peccata vestra recidentes, vestris

relapsibus Deum minus propitium, et minus affectum ad ea vobis indulgenda efficitis; Secunda ratio. Crimen vestrum enormius est, venia illius difficilior, major iniquitas, difficilior venia, inquit S. Chrysostomus.

Quamdiu viatores in hoc mundo sumus, inconstantia cedit nobis in partem. Transimus à peccato ad gratiam, et à gratiâ ad peccatum. Modò è confinibus Babylonis egredimur, ad cantanda in Jerusalem Sava Cantica, modo Solemnitates Jerusalem relinquimus, ut dissolutis Babylonis gaudiis nos tradamus. Certis quibusdam temporibus Creatori offerimus Sacrificia cordis humiliati et contriti; aliis verò fraudulentis creaturarum illecebris seducti quod nobis charissimum est, eis immolamus.

Quot reperiuntur, qui hodie Deum laudant, et cras blasphemis illum offendant, ait S. Augustinus. Quot qui hodie sunt casti, et qui cras tales esse cessabunt? Casti sunt fornicaturi. Quot qui hodie vitam agunt sobriam et moderatam, et cras in crapula sepeliantur? Sobrii sunt, vino se sepelaturi.

Talis est fragilitas, dicamus melius, talis est corruptio nature nostre; sed corruptio nunquam major est, quam ubi, postquam peccata nostra deserimus, in ea denuò labimur, et cum infortunio quod nobis jam auersivimus, sapientiores fieri nos oporteret, nova nobis accersere non dubitamus.

Vae vobis omnibus, qui mortaliter Deum offenditis; Vae impio in malum\*. Sed adhuc magis vae, cum depravationis et malitia cumulo voluntariè peccatis, quæ vobis jam remissa suere, denuò vos implicatis.

In prioribus hisce peccatis similes estis avibus, quæ Caqueis, quos non videbant, se inconsideranter implicant: sed in vestris relapsibus agitis id quod seroces baluce ibæ, quæ fatali ~~vulnere~~ telo vulneratae, illud continuâ suâ agitatione altius adhuc defigunt.

In prioribus peccatis illis similes estis hominibus illis, qui mare nondum cognoscentes, ad rupes vel moles arenarias allidi se sentiunt: sed in vestris relapsibus illos imitamini, qui naufragio suo, quod vix eluctati sunt, adhuc madentes, facultates, quietem, et vitam suam supra dorsum perfidi hujus elementi exponunt.

In illis prioribus peccatis nature vestrae fragilitas, objectorum presentia, defectus attentionis et experientia vobis

Pars 3.  
ma  
3.

4 Laudant blasphematuri.

4.  
\* Isai. 3. vii.

excusationis cujusdam loco esse poterant, si tamen Deus aliquam accipit, ubi cum creaturis suis in iudicium intrat. At cum post acceptam reconciliationis gratiam, iterum adversus Deum, sicut rebellis Absalon contra David patrem suum, rebellatis: ubi postquam à perfida Dalila decepti fuistis, iterato vincula qua superatis, cum illa jungitis; quid dicere potestis, quod vos justificet?

5.

Dicetisne, vos nescivisse quid faceratis. Id equidem Saulus dicere potuisset, cum turbulenta Zeli sui vehementia abruptus Christianos Damasci exterminare parabat, quod feci ex ignorantia feci. Id levis Dina potuisset dicere, cum vesana curiositas illam induxit ad visendas mulieres et puellas Sichemitas. Id David potuisset dicere, ubi cum nondum expertus fuerat, quantum vehemens et tenera cupiditas eor afficiat, oculis suis indecentam libertatem tribuit aspiciendi mulierem, cujus pulchritudine captus fuit.

Ignorans feci  
i. Timoth. i. v. 13

Nihil eorum coram oculis Dei innocens erat. At si Saulus, postquam persecutus <sup>est</sup> Christianos, et vestes eorum qui Stephanum Diaconum lapidabant, custodivit, post suam conversionem hunc inhumanitatis et furoris Spiritum denuo sumpsisset, an ipse sufficiens dicere: ignorans feci? Si temeraria Dina, postquam cum suo Sichem peccavit, atque experta fuit, quantum sibi curiositas sua steterit, iisdem occasionibus se exponisset, an se purgare potuisset sub praetextu quod nesciverit, mihi se implicaret? Si David post suum adulterium et homicidium, adhuc alios viros in suis Statibus occidi curasset, ut tranquille ipsorum uxoribus fuisset, an hoc exponere potuisset, haec esse peccata et ignorantias juventutis suae, et quas ne meminisse vellet cum rogabat?

Delicta juventutis meae et ignorantias meas ne memineras. 6.

Beatores qui tam facile et tam frequenter relabimini, haec magis serio, quam hactenus feceritis, perpendere pro rubore vestro deberatis: ad haec vobis ipsis dicere deberetis: A tot jam annis, quibus in peccata recido, qui mihi remissa fuisse arbitror, quid justè pro excusatione afferre possum? an inconstantiam meam? verum quando absolute quidpiam volui, an non illud egi? An difficultatem pervolvendi in gratia? equidem verum est, quod magna sit, sed non est insuperabilis. An tentationis vehementiam? verum Deus non patitur, ut illi qui ~~ipsum~~ cum humili fiducia illum invocant, supra vires suas tententur. An voluptatis illicitum, et mortifera venusti nimis objecti lenocinia? Sed jam in laqueum incideram, jam siculam optima proposita mea

inutilia facta fuisse. Restat igitur ut conbescam, atque vehementius relapsuum meorum enormitatem sentiam. Nihil in eis me excusat; è contrario pejor adhuc fio, quam in prioribus meis pravitatibus fuerim.

Profecto, perpendite, quos, tria insignia peccata, quorum reum ille se facit, qui in priora sua crimina relabatur: peccatum ingratitudinis, peccatum fraudis, peccatum perjurii: Sapius abusus est bonis Dei, est ingratus; personam veri poenitentis e mentitus est, fraudulentus est; promissis suis et juramento suo non stetit, perjurus est.

Qui beneficium oblivisitur, sibi justas accersit exprobrationes; qui id negat, se fecerit; sed eo adversus beneficium suum uti, est consummata ingratitudo: et tamen haec vestra est, peccatores, qui tam frequentes in flagitia vestra reciditis. Invitam facitis legem Moysis; hoc jam multum est. Post cognitam veritatem tranquilla peccatis; hoc adhuc plus est. Rejicitis, contemnitis, pedibus calcatis filium Dei: et hic est omnis malitiae cumulus.

Gratis Divini Jem fideles ei honoris locum, qui ipsi dantur, dederatis; supra omnes creaturas et omnia vobis charissima illum collocaveratis. Gratis Divini Jem infideles, ultimum locum ei datis, infra vilem creaturam illam, quam ei praefertis, infra gloriam illam, quam plus aestimatis quam suam, infra cupiditates et prava desideria vestra, quorum victimam illum efficitis, imò, dicamne? infra ipsummet demonem, ubi postquam cognovistis, quid uterque valeat, hunc salutis vestrae hostiam revocatis, atque palam facere videmini, quòd cum magis aestimatis quam illum, Deum hunc Jesum colatis.

Fortè dicatis mihi, quòd homo ille, qui adeò turpis acussatur ingratitudinis, tamen copiosas fuderit lacrymas, quòd visus fuerit, pectus suam inelementer tundere; ex imo corde suspiria trahere, largas dare elemosynas, atque prorsusquam relaberetur, varia doloris et conversionis sincera adere signa. Ad equidem dicitis, atque ita esse potuit, sed ordinariè loquendo non est nisi dolor æternus et fraudulenta conversio: altera circumstantia, quae palam facit, quòd ille, qui tam facilè et tam frequenter relabuntur, sunt fere semper subdoli, qui verorum poenitentium personam amentuntur: En hujus rationem.

Qui sincerus est, non tam subito ab uno extremo ad aliud transit. ubi bona fide ab homine quem offendit veniam pe-

tiis, diu deliberat, antequam novis injuriis illum afficiat. ubi  
 perpendit, quod hallucinationibus et libidinibus suis sibi mo-  
 lestos morbos accersiverit, non tam citò se exponit periculo  
 amittendi sanitatem, quam non nisi amaris potionibus  
 vel dolorosis incisionibus restituere valuit. Qui aliter  
 agit, ansam præbet credendi, quod ~~morbos~~ ~~sanationem~~ illum  
 illuserit, ante quem se humiliavit, ut ab eo reconciliatio-  
 nem et amicitiam obtinerat. Ansam præbet credendi, quod  
 morbum sanationi prætulit, vel saltam parvi reputaverit  
 novis hallucinationibus ac libidinibus novos et periculosiores  
 morbos sibi accersere. Peccator qui tam facile et tam fre-  
 quenter relabaris, vide num hæc <sup>ta</sup> non spectent?

Insolens admodum est, quod non nisi respectu Dei  
 arbitreris, te impune posse a jus partes amplecti, eisque  
 brevi post renuntiare, in viis illius ambulare, et postmo-  
 dum in tuis deviare, per interruptionem gravissima mu-  
 nia tua obire, usque defatigari, subitaneo impetu modo  
 devotum esse modo impium.

Quid sentimus de militum prætoris aliquo, qui castris suis  
 egreditur, ut ad castra hostium transeat, et qui iterum  
 hæc deserit ut ad sua veniat? An non merito talem prodi-  
 tionis arguimus? An ferre possumus inconstantem amicum,  
 qui se subducit et redit ubi id opportunum judicat, qui vi-  
 cifim pro et contra illos est, qui bus alternatim indiffe-  
 rentiam et amicitiam testatur? Sacra Scriptura illum  
 comparat avibus illis, quæ singulis momentis colorem mu-  
 tant, et S. Augustinus navibus illis, quæ diversa vexilla  
 abollunt juxta diversarum nationum naves quæ ipsis fi-  
 unt obviam.

\* Galath. 5.  
 50.

Unde provenit, approbat S. Paulus Galathis\*, unde pro-  
 venit, quod postquam Deum cognovistis, aut potius ab eo  
 cogniti estis, Deum ad ea revertamini, quæ deserueratis,  
 usque iterum serviatis? Quid vobis ad eò displicuit, ut tam  
 citò vestram agendi rationem mutetis? quando vobis an-  
 nunciavi Evangelium, parati eratis, si possibile fuisset,  
 oculos vestros evuere ut mihi eos daratis, in tanto pretio  
 apud vos eram? Unde provenit hæc inconstans et levis  
 agendi ratio? Quantum discrimen inter vosmet ipsos ido-  
 colatras et vosmet ipsos Christianos?

Peccatores inconstantes à fortiori ratione id vobis expo-  
 brari potest, enimvero tunc non agebatur nisi de quibus-

Dam legatibus dierum, mensium et annorum observationibus, at hodie agitur de scandalosis legis divinae quoad praecipua et essentialia ipsius capita observationibus. Ah! quid Apostolus iste dixisset, si de castris Dei ad castra Daemonis vos transire vidisset, ipse qui ferre non poterat, ut fideles conversionem suam ad Christianismum consistere facerent in usibus merè externis, qui olim boni erant, et qui post Evangelium abrogati fuerunt.

Quid cogitatis ingrati et subdoli, dixisset ipse? Si vobis facile est decipere creaturas, an pariter Creatorem decipere valatis? Cordium et renum Sculptor iste, an non lucernam accipit ut obscurissimos angulos, et summa impervias concavitates illuminet, in quibus stulta et inconstans Jerusalem se munit?\*

Quid, inquam, cogitatis? Sufficit ne Domino <sup>in Jure</sup> promissa eaque violare, lacrymas poenitentiae fundere, et de ipsamet poenitentia vestra poenitentiam agere? Apud vos nullum certum Religionis, quam profitemini, signum reperitur. Sitis toti Deo vel toti Diabolo; neutralitas utriusque displicat; sed memineritis cui initio fidem dederitis, et quod si juramento vestro non steteritis, vos tanquam infideles et perjuros habituros sit.

\* Scitabo Jerusalem in lucernis. Soph. i. v. 12.

Quando infidelitatis et perjurii arguitur homo? 11.  
tunc cum in magni momenti occasionibus datam fidem non servat, tunc cum fidelitatis juramentum, quod Principi suo praestitit, violat, atque incidit in falsam criminem. At verò id accidit cuilibet homini, qui voluntaria in sua peccata relabitur.

Postquam ea perpetravit, in gratiam cum Deo redire non potuit, nisi de iis verum dolorem conciperet, ac quendam juramenti speciem praestaret se illum non amplius offensurum, inquit Patres Concilii Tridentini. Ab eo recessit, oportet ut deus ad eum accedat; ipsius indignationem incurrit; oportet ut illum placeat, eique satisfaiat. At id praestare non potest nisi per amorem virtutis et odium peccati; sed hic amor et hoc odium expetunt voluntatem constantem, firmumque propositum ab una nunquam recedendi, et in alterum nunquam recidendi.

Hic contentias vestras testor Domini mei et Dominae meae. Quando vos pedibus Sacerdotis obvolvistis, ut ab eo 12.

peccatorum vestrorum absolutionem vaciperatis, an non vos  
 posnituit iniqua vita, quam duxeratis, et an non Deo  
 dixistis cum corde humiliato et contrito: Ita, Domine  
 iuro, atque in facie horum Altarium, <sup>in iuro</sup> nunquam te am-  
 plius offendam. Juramentum hoc scriptum est in tabu-  
 lis aeternitatis, inquit S. Hieronymus, non hominibus sed  
 Deo illud praestitis; non personis, quae cum interiora vos-  
 tra non cognoscant, verbis vestris stare coguntur; sed  
 iudicii infinitè perspicaci, qui nec decipi nec falli potest.  
 Ipsi promiseratis nunquam vos cum offensuros, et nihilo-  
 minus valabimini: an non juramentum vestrum violatis?  
 Ergo infidèles estis et perjuri.

Postquam tam feridè contestati estis, vos in corde vos-  
 tro vindicta sensum non servaturos adversus illum, <sup>que</sup> a <sup>vos</sup>  
 offensos fuisse putatis: vatus hoc odii fermentum renoves-  
 tis, quod in anima vestra occultaveratis, et quò postmo-  
 dum tota farina corrupta fuit. Post tot promissa fren-  
 num vos adhibitueros lingua illi in laedenda vicinorum  
 vestrorum turpibus Detractionibus famam nimis libera: os  
 vestrum, quod velut sepulchrum clausum videbatur, de-  
 mùm apertum est, et integram urbis regionem infaet in-  
 juriis verbis et sermonibus illis, qui ab eo prodierunt.

Quanta peccatorum concatenatio! Quanta crimi-  
 num obligatio! anima ingrata, anima fraudulenta,  
 anima infidelis: Quam velis facta es iteras vias tuas  
 quas deserueras! Quid in me invenisti quod tibi displic-  
 uerit? An habitatores Bethim et Cedar quidquam ege-  
 runt, quod ad tuum scelus accedat? an Deos suos mutava-  
 runt, qui certè non sunt dii? Et tu, quem velut populum  
 meum habebam, et cui tantas feci gratias, gratiam meam  
 in idolum mutasti, et me dereliquisti, ut ad priores ab-  
 errationes tuas rediras. tibi Scelerata, malitia tua mi-  
 hi sufficit ut te arguam et confundam: Scies aliquan-  
 do et comprehendes, quantum malum sit dereliquisse  
 Dominum.

\* Jerem. 2.

Sic loquebatur Deus ad Jerusalem per Prophetam su-  
 um\*, sed an non haec exprobrationes, quibus illam afflic-  
 bat, etiam ad vos diriguntur, qui in peccata vestra adeò  
 frequenter valabimini? Ad vos, inquam, qui multis gra-  
 tiis praeventi, multis beneficiis ditati, multis promissis

et urgentioribus obligationibus onerati estis. Crimen vestrum majus est, Major iniquitas, veniam illius quam expectatis, obtentu difficilior, Difficilior venia. Recidendo in peccata vestra magis inexorabiles et peiores evaditis; etiam in vestris relapsibus Deum minus propitium et minus affectum ad impartendam vobis misericordiam invenistis.

Ut statim vobis justam adeo terribilis veritatis ideam ob mentis oculos ponam, oportet ante omnia duo insignia principia statuere. Primum, quod in quocunque Deum statu homo sit, in Dei gratias nullum jus habeat, quod ubi quondam recipit, id fiat ex mera gratitudine bonitate, de qua nunquam gloriari debet, et quod si ei donegentur, sit effectus justitiae ipsius, de qua conqueri nullam causam habet. Gratia ideo tantum numeratur gratia, inquit S. Augustinus, quia est donum, quod citra nostra merita conceditur. Neque ab homine qui currit, neque ab homine qui vult, sed à Deo, qui est ipsamet misericordia, pendet.

PARSZ. 2a

Secundum principium, quod statui debet, in eo consistit, quod, si in quocunque Deum statu simus, nullum jus habeamus ad gratias Dei, multo minus ad eas illud habeamus, ubi eis, quae nobis data fuerunt, abusi fuimus. In primo horum statuum à Deo adjuvari non meremur; sed in secundo ab eo derelinqui meremur. In primo horum statuum Deus nihil nobis debet; sed in secundo ~~Deus debet nobis nostram gratiam~~ supplicium et poenam nobis debet. In primo statum nullam rationem habemus conquerendi, si à nobis recedat; sed in secundo de desertione nostra conqueritur, nosque monet nostram, conditionem ab ipsa provenire.

Primi Deum derelinquimus, verisimile est, quod ipse nos derelicturus sit. Ipsam contemnimus, verisimile omnino est, quod ipse nos contemturus sit. Nostri relapsibus datam ei fidem certius fregimus, verisimile admodum est; quod, cum ipse fidem suam nunquam fallat, respectu nostri id facturus sit, quod dixit et Judaeis minatus est\*: Vestigis vestris insistam, vobis faciam, quod mihi facitis. Nihilam foederis, quod invicem

15.

\* osae 9. v. 15.

contraxeramus, violatis, per vobis referam, illud fran-  
gam, à vobis recadam. Sed vae iis, qui odium meum sibi  
aueriverint de domo mea ejiciam eos, non addam am-  
plius pro iis gratias super gratias, non amplius ipsos dili-  
gam, prout dilexi eos. Non addam ut diligam eos.  
an bene capitis totum horum verborum sensum?

Ut peccatores isti converterentur, necesse fuit, ut  
gratias fortes, victorias, efficaces recipere, et harum  
gratiarum denegationem frequentibus suis in peccatum  
relapsibus sibi auerant. Auxilia generalia ipsis non

Illuc eunt ful-  
gura ejus orbi  
terra, vidit et  
commota est  
terra.

denegabo, sed alia non addam. Non addam. Quaedam  
fulgura interdum ante oculos eorum amicabunt, sed terra  
cordis eorum tantummodo commovebitur. Faciam ut in-  
telligant veritatem, per radios à misericordia elapsos  
videbunt miserandum animae suae statum, sed ultra  
nihil faciam, non addam. Ipsos dilexi, hujusque dilectio-  
nis meae nimis multa ipsis dedi signa per veniam pecca-  
torum suorum quam eis indulsi; sed quia malitiose in  
ea reciderunt, priori amori meo selectas illas gratias,  
quas recepissent, non addam; Non addam ut diligam eos.

17.

Ita per hoc mihi animus est indicare, quod nullus am-  
plius ad Deum reditus sit peccatori sperandus, qui se re-  
lapsibus suis ab eo separavit. Non, auditores, adhuc  
iniquitas amicitiam redire potest, fonsque coelestium aqua-  
rum pro ipso nondum exaruit. Verum id duntaxat asse-  
ro, quod scilicet me statum illius misereat, iniquisque vi-  
ces tanto magis doleam, quod ipsemet eas non doleat.  
Id, inquam, assero, quod augendo hostium suorum vires,  
suas minuat, quod cum non ab uno solo damone duca-  
tur, quibernetur, et dirigatur, sed à septem aliis illo ad-  
huc nequioribus, permittat se ab iis excocari, ligari,  
trahi, quin cognoscat periculum cui se exponit, atque  
de veris illud eluctandi mediis sollicitus sit.

Infelices filii Adam, ut ut catenis constructi si-  
tis, tamen gravitatem catenarum vestrarum non  
sentitis; ut ut infami mola alligati sitis, circa quam  
pro lubitu inimicorum vestrorum vertimini, sicut in-  
fortunatus Samson, vix miserram vestram apprehendi-  
tis. Habituales relapsus vestri funestum animae ves-  
trae valum obduxerunt, quod vos impedit, ne puteum  
abyssi videatis, cui mox includemini, montesque ateri-  
nos, unde auxilium vestrum venire possat.

Cor vestrum ad omnium malorum maximum insensibile non amplius nisi languentes et interruptos conatus adhibet, ut ex eo egrediatur. Colligata est iniquitas Ephaim, vulnera vestra corrupta. Sunt et veneno imbuta, quia ea reterascere permisistis; putredine et gangrenâ infecta fuerunt propter Stultitiam vestram. Hoc ita cogitabas illustri poenitens, quamvis post vaniam peccatorum tuorum, quam recuperas, in ea nunquam relapsus fuisses. Sed hoc ipsum dicere debetis male fidei poenitentes, qui post Sanationem vestram vulnera vulneribus additis et putredinem putredini. Verum quomodo id dicetis, cum vix malum vestrum sentiatis?

18.

Putruerunt et corrupta sunt cicatrices meae à facie insipientiae meae.

In primis febris aestibus, quando corpus vigore plenum motus libertatem habet, mentisque rationis usum relinquit, agrotus, qui malum suum sentit, nihil ita ardentur desiderat, quam ut ab eo sanetur, atque omnes alias dietas, quas ipsi Medicus praescribit, observat; at quando febris post frequentes et violentos accessus superior evadit, tum sensus amittitur, cerebri perturbatio miscrum hunc hominem ad funestam et ferè inevitabilem moriendi necessitatem redigit.

19.

Quando vulnus aliquod adhuc recens est, et caro viva, operationes et incisiones opportunè factae saepe hominem à periculo liberant; at quando gangrena sensim se ingevit, quando putredo etiam usque ad ossa partingit; quid fieri potest? agrotus sanissem non amplius habet; non nisi in carne mortua fiunt incisiones, et sine miraculi aliquis specie sanari non poterit.

Putredo oppium

Facator, qui tam saepe relaberis, ante ipsum in his figuris agnoscis, et cupisne ut tibi alias à sacris libris evectas afferam? Jomè destructâ à se ipso civitate Jericho cuius muri ad tubarum clangorem corruerunt, protestatus est, quod, si quis sequentibus saeculis civitatem hanc audentario iterum reedificaret; ipse cum tota familia sua periturus esset. Rem inauditam! Septingentis post annis impudens Hiel illius muros denovo suscitare tentavit, sed prophætia Jomè fuit adimpleta, enimvero omnes ipsius filii mortui sunt, nec ullus eorum remansit super terram.

20.

Jomè c. 6.

Recipitis forte quid velim dicere. Exiduum Jericho, quae in sensu litterali lunam et inconstantiam significat,

is referam, id  
s, qui obrium  
m eos, non ab  
s, non amplius  
adam ut dilige  
torum sensum  
tur, necesse fore  
reciperent, illi  
tibus suis in  
lia generalia  
Non addam. Qu  
orum emicabit  
rebitur. Faciam  
s à misericordie  
sua statum, de  
dilexi, huiusque  
signa pervenit  
sed quia malitia  
selectas illas po  
addam ut dilige  
ndicare, quod  
i sperandus, qui  
lon, auditor, a  
ousque coelestium  
lorum id duat  
misereat; ipse  
emat eas non  
do hostium bono  
no solo damna  
ad à septem ali  
bis exereat; p  
cui se exponit  
sollicitus sit,  
t catenis consti  
arum vestram  
gati sitis, sine  
um vertimini  
m vestram app  
funestum an  
impedit, ne pla  
int, montesque  
vire popet.

Instructionem peccati significat quod verba Sacramentalia velut tot buccinae Jubilaei temporibus adhibita subvertunt: Sed restauratio excruciantis civitatis hujus quid nobis exhibet? nisi temeritatem, insipientiam, audaciam tot Successorum infelicis Hiel, qui hos peccati muros demum suscitavit, Sed quos simul quaedam maledictionis species percussit, atque satis superque funestum hoc Iam Christi oraclum experientur, quod novissima ipsorum pejora sint prioribus.

21. Sed dicetis mihi, peccatum, in quod quis relabatur postquam reconciliationis gratiam recepit, est interitum ex sua natura levius, quam illa quae ipsi remissa fuerit: quomodo ergo potest esse, ut sine misericordia puniatur, postquam favens amnestia alii concessa fuit? Equid N: M: an vestra interest à Deo rationem exigere sua agendi rationis in exercitiis vindictarum suarum? En tamen duo hujus exempla, quae vos in terribiles pavores conjicere debent, et ex quibus funestas relapsuum consecutiones magis quam quavis alia timere vos oportet: me explicis post S. Ambrosium, Origenem et S. Augustinum.

22. Injuria et imprecationes, quas Samai adversus David Regem suum vomerat erant enormes, tantoque promptius merebantur supplicium, quanto facilius erat huic Principi eadem hora illum morte damnare, tamen ei condonata fuerunt. Rex iste clementiam suam consuluit, atque miseri hujus, quam Iamon stultum et phreneticum reddiderat, miseratus est, inquit S. Ambrosius\*.

\* In Psal. 38. Attamen quid audivit? Salomon ipsius filius dixit  
 \* 3. Reg. 2. v. 36. » Semai: Aedifica tibi domum in Jerusalem, et habita ibi: et non egredieris inde huc atque illuc, quatenusque autem die egredius fueris, ... Sicut te interficiendum: Sanguis enim tuus erit super caput tuum. Et revera, cum post tres annos Semai egredius fuisset de Jerusalem ad curandum post servos suos qui ab eo aufugerant, Salomon eum interfici iussit.

Si Seditiosi subditi insolentia cum egredius de Jerusalem comparatur, prior enormissima, hic vero satis levis momenti videbitur. Res quae ex se ipsa indifferens videtur, nihil continet, quod injuriam om-

nimum Regum optimo in diebus afflictionis sua illatam  
causet: hoc non obstante, jubatur Baaias cum per-  
cutere et occidere, percutit eum et mortuus est: cu-  
pitur huius scire rationem? illam ab ipso Salomo-  
ne percipite.

Cum comperisset quod Semei inisset in Beth de Jeru-  
salem et rediisset, mittens vocavit eum, dixitque illi: Nonne  
testificatus sum tibi et praedixi tibi: Inaenque  
die egressus isis huc et ibi. Scito te esse moriturum? et  
respondisti mihi: Bonus sermo, quem audivi? Quare ergo  
non custodisti iusjurandum Domini, et praeceptum quod  
praeeperam tibi?

En figuram Si. M. vobis illam adaptate. Quando Jesus  
Christus infinite major quam Salomon\* vobis peccata vestra  
indulget, fuit maior gratuita misericordia sua effectus,  
jam tunc mori debebatis, sed ea vobis indulgendo ad aliquid  
vos obligavit, vos etiam ad illud vos obligastis, et mihi  
videtur vobis dixisse, quod olim paralytico dixit: Eae  
sani facti estis, jam amplius nolite peccare, ne quid de-  
terius vobis accidat. Fortè ultimum peccatum vestrum  
non tam enorme est, ac alia quae vobis remissa fuere,  
si illius naturam considerare velitis; verum quaecum-  
que sit, semper est legis transgressio, semper est vio-  
latis iuramenti, quod praestitistis; ne ergo miramini, si  
vobis illius veniam doneget. Ad quid vos obligaveratis,  
et nihilominus quid agistis? Hoc plusquam sufficit,  
ut vos iustitiae ipsius tradamini, aumque cogatis ad vo-  
bis dicendum quod Salomon Semei dixit: Sanguis vester  
erit super caput vestrum.

\* Eae plusquam  
Salomon hic.

Altorum exemplum nobis suppeditat diversa Sors  
Nabuchodonosoris et Pharaonis. Ambo populum Dei per-  
senti sunt, ambo illum in captivitate detinuerunt, at-  
que eum omnem imperii sui acerbitatem sentire fecerunt;  
ambo verum Deum contempserunt, nec non qua-  
siverunt num propter ipsos alius esset Deus? Attamen Nabu-  
chodonosor receptus est ad poenitentiam, et Pharas misere-  
perit.

Unde provenit Sors adeo inaequalis? S. Augustinus res-  
pondet, quod proveniat à diversa amborum horum peccato-

2.3.

num agendi ratione. Nabuchodonosor culpam suam agnovit, et expiavit, nec amplius in peccata sua recidit: In Pharaone à contra non fuerunt nisi promissa data, et promissa violata, continui et maligni relapsus.

\* Exod. 8.

\* Quando rana vastabant totam terram Egypti, quando ingrediebantur ipsius palatium, et in cubiculum, atque usque ad lectum suum arcebant: Orate, inquit ad Moysen, Dominum ut liberet me, et dimittam vos. at quamprimum quietem aliquam capiebat, ingravabat cor suum, et promissionis suae non amplius recordabatur.

\* Exod. 9.

\* Quando tonitrua, grando et dissonantia fulgura arbores confrangebant, homines et jumenta, quae erant in agris, percutiebant et occidebant: Peccavi etiam nunc, aiebat Dominus, justus, ego et populus meus impii: Orate Dominum ut desinant tonitrua Dei, et grando: et dimittam vos. At videns quod cessasset pluvia, et grando, et tonitrua, denuò in priorem suam indurationem relabebatur, et cor ejus magis ac magis ingravabatur.

\* S. Aug. in Exod.  
q. 18.

\* Nabuchodonosor, qui postquam de peccatis tuis poenitentiam agisti, in ea non amplius recidisti, invenies gratiam apud Dominum; Sed tu Pharaon, qui toties datam fidem fallisti, qui modò lenisbaris, modò indurabaris, qui plagis oppressus mira promittebas, et qui, quamprimum cessabant, ferocior et inflexibilior evadebas, sine misericordia peribis, et ex aquarum abyssu, ubi sepelioris, in infernum descendes.

An ex his intelligitis, quam funesti sint isti relapsus, quanta derelictio Dei, quanta privatio gratiarum, quanta indignatio et vindicta illos sequantur.

24.

An non forte de peccatoribus illis, qui saepe in pravitates suas relabuntur, loquitur Sapient in Proverbis, quando illos intratutur velut phreneticos et furiosos, qui sibi ipsis laqueos tendunt ut pereant, qui contra proprium sanguinem suum conspirant, et in id incumbunt, ut se ipsos decipiant, atque lethales ictus sibi infligant? Ipsi contra sanguinem suum insidiantur, et moluntur fraudes contra animas suas.\*

\* Prov. i. v. 18.

Cum se ipsos decipere velint, ergo se ipsos decipiant; cum mori cupiant, ergo moriantur: Deus qui aliorum peccatorum miseretur, ipsorum non miserabitur, si illum adhuc offendere pergant. Ipsos tradet voluntati pravorum desideriorum suorum, nec ipsos contra Daemonis insultus

trahitur, sed permittet, ut ne amplius ex ipsorum animabus expellatur, illas Jennis cum Septem aliis Spiritibus se nequioribus ingrediatur.

Vos autem qui quamvis multorum relapsuum rei, Jarelictione et fatali induratione ista nondum perculsi estis, Sequimini consilium, quod vobis insignis quidam Sanctus dat; Ostium poenitentiae adhuc apertum est, ait vobis, festinate ingredi per illud antequam claudatur. Agite Domino gratias, quod vobis sum non egerit, sicut cum innumeris aliis egit, qui peccatis minus onerati quam vos, tamen in illis mortui sunt. Cogitate, quod cum post omnes relapsus vestros, medium iis Satisfaciendi vobis tribuat, vos perdere ipsi non sit animus: Sed simul maminavit, quod tam magnis malis, ac vestra sunt, afferenda sint magna remedia.

25.

\* 3. Ephorum  
De compunctio-  
ne cordis

Vahementi dolore perculsi, quod illum offenderitis, et gratiae, quam vobis fait, Sensibiles dicite apud vosmet ipsos, quod Judith habitatoribus Bethulia dicebat: Cum Deus hactenus cum tanta patientia nos toleraverit, festinamus ago poenitentiam de peccatis nostris, et cum lacrymis ab eo postulemus gratiam veniae, quam nunquam meruimus, et quam indulgens ipsius misericordia nobis concedet, si ex toto corde nostro ad eum revertamur. Humilimus animas nostras coram formidando illius tribunali, et in animum inducentes illi malius servire quam hactenus fecerimus, rogemus eum, ut non patiatur nos diutius ludibrium et fabulam esse inimicorum nostrorum. Exspectemus cum humili fiducia ipsius consolationem. Si nobis misericordiam impertiatur, atque in finem usque ei fideles fuerimus, laudabimus ipsum in saecula saeculorum.

\* Judith. 8.

Relapsus  
In peccatum.

Infolix Status eorum, qui in peccata sua relabuntur, necessitas perseverantia Christiana, et media illam acquirendi.

26.

Sermo Secundus.

Coegerunt illum dicentes: mane nobis sum quoniam advesperavit, et inclinata est jam dies. Luc. 24.

Pro feria 2. da  
Pascha.

Nos miseret Superstitiosae Ethnicorum Simpliciatatis, qui ut Deos suos apud se permanere nec se deserere permitterent fortibus catenis ipsos obligabant, illius, inquam nos miseret quoties nobis venit in mentem: Sed Religio Christiana,

quae in multis ad nostram institutionem et Doctrinam eo utitur, quod in illorum coecitate deplorat, nos monet, quod prudentia et munus nostri sit apud nos per fidelam in bono perseverantiam Deum quam colimus et adoramus retinere.

Santus quidam Patriarcha id ita sibi persuasum habuit, ut si imaginans se Dominum videre in persona servi, dixerit, quamvis solummodo Angelum alloqueretur, se illum haud dimissurum, nisi prius ei suam benedictionem de-

\* Non dimittam te nisi bene-dixeris mihi. Gen. 32. v. 26.

disset: Et hodie duo Discipuli, qui erant in Emmaüs consortio Jesu Christi ita capiuntur, ut ipsum obligent, et ut verbis S. Lucae utar, cogant apud ipsos manere, quamvis eum ad huc non noscant.

27.

Nos, Auditores, an vobis adular, sed mihi imaginor, haec propemodum animi vestri sensa esse. hinc diebus, ubi pietas Christiana unius maximorum mysteriorum nostrorum celebratione semper excitatur; hinc diebus, ubi pius Sacramentorum usus novas in Christo Jesu creaturas facit, et ubi fideles sicut novella olivarum in circuitu mansae Patris familias, et nutriti ipsamet Dei carne, in eo tantam consolationem inveniunt, ut ipsum per inviolatam fidelitatem retinere, in animum inducentes, rogent eum cum ipsis manere, Mane nobiscum Domine.

28.

Sapientis et utilis oratio, Domini mei et Domina mea, quam nec nimis cito, nec nimis diu facere potestis, cum nihil adeo vobis necessarium sit ac gratia et amicitia Dei? Quomodo nimis diu eam faceretis, cum in tota vita vestra nullum reperiat momentum, in quo mala voluntas vestra vos amicitia ista et gratia privare non valeat.

Cum tam pius animi sensus in vobis fovere, nec quidquam de perseverantia Christiana proferre, quod non ad exemplum et doctrinam comparatum sit, cupiam, vobis palam faciam in prima parte sermonis mei, quam necesse sit omni Christiano in gratia quam recipit, perseverare; et in secunda vobis ostendam media idonea, ad obtinendam adeo necessariam perseverantiam; haec sunt sine arte, quae mihi circa tanti momenti argumentum vobis dicenda sunt.

Divisio.

Pars I<sup>ma</sup>  
29.  
\* De verbis  
Domini

Iuxta mentem Sancti Augustini tres habitationum species totidem statuum et personarum species definiunt. Sunt, qui cum Deo habitant, et hic est Status Beatorum in coelo. Sunt qui procul ab ipso habitant, id est ab ipsius misericordia et gratia; et hic est Status reproborum in inferno.

Sunt qui prope ipsum habitant, et hic est Status hominum Super Terram.

Hi Status Speciales habent caracteres, quibus distinguuntur. Duo primi sunt Status fixi et immobilis, quidam ad felicitatem alii ad infelicitatem aeternam. Beati semper cum Deo habitant in caelo, et nunquam ab eo separabuntur, nulla ratio, nullus timor illum amittendi; immota et in bono firmata voluntas est pars ipsorum. Reprobi sunt extra Deum per totam aeternitatem in inferno, nunquam propius ad illum accedent; nullus pro ipsis ad gratiam reditus, nulla mutationis spes.

Non sic quantum ad nos Super Terram. Habitantes prope Deum libertatem habemus ipsum derelinquendi, vel ad eum propius accedendi. Possumus de peccato transire ad gratiam, et de gratia ad peccatum; et quia Deus nos in manibus consilii nostri ponit, si per auxilia, quae recipimus, perseverare infideli studio cultus et obsequii ipsius possumus, etiam mala nostrae propensionis traditi possumus nos ab ipso Separare cumque abnegare.

Infelix libertas quando ea male utimur! At felix libertas quando in bonam partem se vertit! Infelix libertas, quando transimus à gratia ad peccatum! At felix libertas, quando à peccato ad gratiam transimus, atque fideli perseverantiâ conservamus pretiosum thesaurum hunc, quem culpâ nostrâ amiseramus.

Hinc agnoscite, Fratres mei, quam necesse sit Christiano perseverare in gratia, quam recipit, et si fieri id vobis probari cupitis, ex hujus duas rationes quas affert S. Bernardus. Qui non perseverat an sua pugna mercedem, quam expectat, recipiat? certò dici potest quòd non. Sine perseverantiâ nemo victoriam saltam completam reportat. Sine perseverantiâ victoria quam quis reportat, quamvis etiamnum completa foret, nec coronam nec mercedem meretur.

Sed quid agit haec in gratia perseverantiâ? Reficit, et ut verbis utar S. Bernardi, fovet meritum hominis iusti, et nutrit ipsius virtutem: prima necessitatis illius ratio: Nutrix ad meritum. Ipsius victoria sua primum firmat, et apud Deum mercedem suam procurat: Mediatrix ad

præmium. Secunda ratio necessitatis ipsius, et magnorum amolumentorum ab ea provenientium.

31.

Ita perseverantia fovet, crescere facit et nutrit virtutem. Omne donum perfectum descendit à Patre lumen.

\* Jacob. i. v. ij.\* Psal. 67.  
v. 10.

num\*: Est pluvia voluntaria quam separat pro hereditate sua\*: Sed oportet eam colligere, fovere, nutrire, utilem efficere, et curare ut proficiat: hancque curam adhibet anima fidelis, quando in gratia, quam recipit, perseverat.

Est bonum Semen, quod Pater familias saminat in agro suo; sed nec vis, nec spina, nec petra, supra quas cadit, ex eo proficiunt. Anima levis et inconstans, sicutis ut aves coeli auferant illud. Anima perplexa et dura, illud suffocatis, nec humorem inveniens aversit. Vos soli qui in corde bono et optimo, prout oportet, divinum hoc Semen recipitis, vos soli estis bona terra illa, in qua garminat, roboratur et nutritur, atque quamdiu in boni exercitio perseverabitis, fructus afferetis aptos ad maturandum in beatam aternitatem.

32.

Sed dicatis, an hic perseverantia defectus privationem verarum virtutum denotat? an gratia justificans et habitualis amitti non potest? an anima inconstans suisque essentialibus muneribus infidelis, palam facit se eam non recepisse? Periculosissimus error est id credere; si id ita foret, inquit S. Prosper, nullus daretur justus, quem impura voluptas amolliret, nullus quem vana virium prævumtio dejiceret, nullus quem amor auri et argenti excecavet, nullus quem vilis et abjecta amulatio, turpisque obtrusio removeret à vis charitatis et justitiae?

Potest ergo quis habuisse veras virtutes, et eas non amplius habere, potest descendere de tecto perfectionis postquam illuc ascendit, gratia interiori resistere postquam illi cor suum aperuit; At cum eo pervenit, proh quanta jactura, quantum infortunium!

Sæpè non erat nisi imaginaria et ficta conversio; Sæpè illa, qui relapsus est, non erat nisi ivisor, non autem verus poenitens. Enimvero communitur loquendo, quis est ille homo qui veras virtutes possidet? Estne ille, qui hodie temperans et sobrius est, cras autem se inebriabit, inquit S. Ambrosius\*? Estne ille qui hodie videtur modestus et collectus in nostris eulariis, cras vero infames perpetrabit

\* Ep. i. in hac  
verba Rubi.  
Fract. p.

irreverentias? Estne, ille, qui hodie erga pauperes est beneficus, et cras iniquis viis bona aliena rapiat? Estne ille qui hodie poenitentiam de suis peccatis agit, cras vero in ea relabatur? Talis, respondet hic Sanctus Doctor, veras virtutes non possidet. Si in christianorum operum exercitio perseverat, tum illum intuebor tanquam verum justum, sed si singulis momentis mutatur, ipsius frequentes et habituales relapsus ansam mihi praebent credendi illum cum Deo non bene convenisse.

Sed pono: et haec <sup>est</sup> laudanda ratio, qua necessitatem perseverantiae christiana vobis proinus permadere debet: Pono, quod virtutes, quas exserueritis, fuerint verae virtutes, quamvis eas postmodum deserueritis: dico quod sine perseverantia sint virtutes inutilis, quarum nullam rationem in extremo Deo habebit Deus; virtutes quae, nisi pia mors illas sequatur, nunquam mercedem accipiant, quam ex eis expectare potuissetis, si gratia Domini semper fideles fuissetis.

33.

Et sane quis salvabitur? non ille qui bene coepit et male finivit: talis fuit infortunatus Sathel, qui cum initio infantis innocentiam habuisset, postmodum eam amisit, et sub finem dierum suorum Deo inobediens fuit, quamvis sibi adlatus fuisset de verbum Domini adimplavisse. Talis fuit in nova lege infidelis et perfidus Judas, qui postquam per aliquod tempus Dominum suum secutus est et dilexit, dies suos execranda perfidia et crudeli desperatione finivit. De his dicatur, quod coeperunt edificare, sed opus suum non consummaverunt.

34.

Non ille, qui exutis vestibus suis conatus quorundam adhibuit ad transiendum ab una ripa ad aliam, sed quem aqua rapiditas abripuerit; nec ille, qui Nabuchodonosoris Statua similis, cujus caput erat ex auro, pectus et brachia ex argento, ventus et cura ex aere lapidem offendarit, qui parvis fictilibus ejus pedibus inauspicato eam dejecerit. Nec illa, quae quemadmodum virgines fatuae, satis esse putaverit preparare et ornare lampadem suam, sed quia de oleo opportuno sibi non providit, nuptiarum coenam iam janam clausam invenit, nec aliud audiet nisi tristia haec et frigida ~~haec~~ verba: Necis vos.

35.

Quis ergo salvabitur? Ille qui, quemadmodum Simon Petrus, postquam peccati sui veniam obtinuerit, illud

ius, et magis  
 ait et nutrit  
 dit a patre  
 arat pro hanc  
 ra, nutrit  
 ue curam  
 recipit, p  
 ilias seminat  
 supra quae  
 stantes, sicut  
 lexa et dicit  
 se. Vos lo  
 Divinum her  
 in garmine  
 boni exercit  
 maturendu  
 Defectus p  
 justificans  
 constans h  
 in facit de  
 id credere  
 tur justus  
 in vana vi  
 r auri et arg  
 a amulatio  
 hantatis et  
 tutes, et ex  
 so perfectio  
 rasistere p  
 ant, post q  
 ita conant  
 or, non aut  
 loquendo, q  
 Estne ille  
 se inabr  
 e videtur  
 famos peccat

non amplius commiserit. Illa, quae quamvis sicut Socia sua  
Sponsum expectando, obdormiverint, tamen ad adventum ip-  
sius exiguaverint, atque ad illum suscipiendum se praeparave-  
rint: Illae, ut id post Jesum Christum adhuc clarius dicam,  
qui usque in finem perseveraverint.

Comment. in  
Ep. S. Pauli  
ad Ephes.

Talis fuit, ait S. Hieronymus\*, Galvaraha Job, vir ille sem-  
per simplex, rectus et timens Deum, quam<sup>nae</sup> prosperitas, nec  
adversitas, nec sanitas, nec morbus, nec jactura et recuperatio  
bonorum suorum unquam mutaverunt.

Talis fuit Joseph, qui capto proposito in omnibus Deo  
suo placandi, nec unquam quidquam agendi, quod offendi  
posset, semper idem permansit, et nec invidia fratrum  
suorum, nec duritia servitutis, nec voluptatis illecebra,  
nec impudica Dominae sollicitationes, nec infamis carceris  
squalor, nec Suprema in tota Aegypto potestas mentem ipsius  
labefactare, et cor ipsius corrumpere valuerunt.

\* Psal. 6.

Tales eritis, si accepta semel gratia reconciliationis et  
venia peccatorum vestrorum, non amplius in ea relabamini,  
si Domino fideles constantiter ipsius obsequio adhaeratis, si  
audacter eis, qui haecenus vobis lapsus et scandali occasio  
fuerunt, dicatis: Discedite à me omnes, qui operamini ini-  
quitatem: exaudivit Dominus vocem flatus mei: dis-  
cedite.

In vanum proclara consilia caperitis, non bona pro-  
posita faceritis, nisi ea exsequamini: in vanum malioram  
vita vestra partem in piis operibus et continuis peni-  
tentia excutitis transegeritis: in vanum Sacramenta  
in statu gratiae susceperitis, nisi illam conservetis, atque  
Deus id, quod ex gratuita benignitate sua in vobis incepit,  
suo perseverantia coronet.

\* S. Basil. Ep.  
ad Chilonam.

\* Quis quid per hoc accepit emolumentum, quod domesti-  
co unus sit Elisei congressu, cum impotens ardor conge-  
randa paupum lepra illi abscivit? et Salomoni quid  
attulit commoda frugis tanta sapientia divinitus juveni  
infusa, quando is demum per illius mulierula complexus  
in senio veors factus, in idololatriam lapsus est?

Sine perseverantia omnia oblivioni traduntur, omnia pro  
nihil habentur, omnia sunt perdita.

Galaei bonorum operum vestrorum splendore caligantes,  
de iis vobis gratulamini, et amare lugetis infortunium tot  
hominum, qui cum tranquillam mentem se damnant iniquam

quam agant, vitam ducendo. Sed timete, ne mortifer hic splendor vos perdat, atque sive vanâ in vestris virtutibus oblatione, sive ignavâ animi abjectione eorum meritum et mercedem amittatis. \* Timete ne sub faciem Angeli illius <sup>et Apolap. 14.</sup> cadatis, qui iussu Dei vindicavit botros, quos ei designaverat, et misit eos in lacum irae Dei magnum ex quo sanguis exivit in tanta abundantia, ut franos equorum per stadia mille ~~mille~~ sexcenta pertingerat.

Sine perseverantia omnia sunt peribita, cum illâ omnia possidentur: verum si hoc ita est, quomodo illa obtinebitur? Id vobis in secundâ et ultimâ sermonis mei parte palam faciam.

Quando dico, quod vobis media idonea ad obtinendam in gratia perseverantiam ostensurus sim, ne, quæro, Auditores, hanc propositionem ad rigorem sumatis, ac si ea, quæ proponitur sum, media sint infallibilia, et quorum ope possitis sine ullo timore vobis certam facere vel perseverantiam finalem, quæ merum Dei donum est, vel quamdam in presenti justificatione vestra immutabilitatis spaciem. Quis enim seuros vos reddere potest de Dei circa vos, et de vestra circa Deum dispositione? Sors vestra in manibus eius est, magna timoris causa; illa etiam in manibus vestris est, major adhuc diffidentia causa.

Parte 2<sup>a</sup>  
37.

Postquam Lucifer unicum Angelis suis de coelo in abyssum præcipitatus fuit, postquam Simon Petrus Servitis Domini sui tam arctè manipatus illum trina vice negavit, postquam Judas Inariotes primis suis annis adeo fidelis, flagitiose illum tradidit, postquam Salomon propter sapientiam et magnificentiam suam adeo commendabilis sub finam suorum dierum idola concubinarum suarum coluit et adoravit: virtutes humanae ab uno momento ad aliud amitti et interire potestis: filii Adam, stabiliiores non estis, quàm ignis scintilla, quæ micando extinguitur, et optima proposita vestra plerumque nihil aliud post se relinquant, quàm paucos cineres et multum fumi. \* Languidi in vestris religionis muneribus, tepidi in piis exercitiis vestris, in propositis vestris inconstantes et levas, inquieti in vestris desideris, in vestris molitionibus et consiliis ignavi, in vestra agendi ratione imprudentes, quoties, postquam spiritu incepistis, carne finitis.

\* Opus vestrum quasi scintilla.

\* concipit aridum

Attamen eadem S. Scriptura qua dicit, quod nasciamur  
 Dei amore an odio digni sumus, nos hortatur, ut nos in  
 isto amore corroboramus ac firmemus. Eadem S. Scriptu-  
 ra, qua beatum nuncupat illum qui semper est pavidus,  
 arguit et condemnat illum pavorem, qui ad pusillanimi-  
 tatem et desperationem impellit. Eadem Scriptura item  
 qua dicit\*, quod terra, qua non nisi spinas et tribulos pro-  
 fert, reprobata sit et maledictioni proxima, ejusque conum-  
 matio in combustionem sit futura, nos hortatur, ut lata-  
 gamus, ut per bona opera certam nostram vocatio-  
 nem et electionem faciamus, testificans nobis,  
 quod haec facientes nunquam peccaturi simus, sique  
 Deus nos ad Regnum suum assumpturus sit.

\* Habr. 6.

Hinc videmus, an perseveraturi simus, idine sol-  
 licitamur ad perseverandum: quid agemus? Adore-  
 mus cum tremore impenetrabilia Dei secreta circa fe-  
 lix aut infelix fatum nostrum: Sed simul viam inea-  
 mus omnino contrariam ei quam hactenus tenuimus,  
 at in qua sapius lapsi fuimus.

38.

Tria ad hoc contulerunt; defectus timoris, defectus  
 praecautiois, defectus orationis. Defectus timoris;  
~~quia~~ horrorem peccatorum nostrorum quem habere debe-  
 bamus non habuimus. Defectus praecautiois; occasio-  
 nes peccandi devitare minimi duximus. Defectus  
 orationis; à Deo gratiam in peccata non amplius re-  
 labendi cum tota humilitate et fervore necessa-  
 riis non petivimus.

39.

Si hanc gratiam recipimus his tribus malis tria  
 magna remedia opponamus; haecque erunt tot ra-  
 tionis ad obligandum Jesum Christum, ut nobiscum  
 maneat. Hujus timoris et horrois peccati defectui  
 opponamus magnam conscientiae teneritudinem, pri-  
 ma ratio perseverandi in gratia. Huic ad evitandas  
 peccati occasiones praecautiois defectui opponamus  
 accuratam et continuam in nosmet ipsos vigilantiam:  
 Secunda ratio perseverandi in gratia. Ad istum  
 orationis defectum, conjiciamus nos cum humili  
 fiducia inter brachia Domini et rogemus, cum ne un-  
 quam permittat ut eum offendam; tertia ratio perse-  
 verandi in gratia.

Si anima just  
 pia paulatim t  
 cum diligebat  
 ipius volente  
 li submittit i  
 labat, et fore ca  
 am, modo illi q  
 quatis seque  
 modo illud cum c  
 one.  
 Vibata hunc  
 cum usvaronun  
 qua hbi legit  
 niam hunc, qui  
 rapa fendra acc  
 pantum sit modò  
 bratur; qui mag  
 si; justis vel injust  
 pvenit hoc disc  
 peccati amittit id  
 liam.  
 Crute hanc pu  
 tem, ut nec vici  
 lem tam modere  
 am vobum pudor  
 ita factam et ar  
 rum cupiditates e  
 lum et fabula fa  
 va mutatis? En  
 do intuetur, qui  
 tes favores suos c  
 volebant ii, qu  
 ssevit vici; qu  
 ma familiaritas  
 quodammodo lab  
 lipium utriusq  
 Opponant hu  
 tintus ipsorum l  
 ficiat, et tunc p  
 naperunt. De  
 a delicatam i v

Si anima iusta in flagitia labatur, tunc certe idcirco, quia paulatim timorem et horrorem peccati amisit. Deum diligebat, et illum non amplius diligit; se sanctae ipsius voluntati submittebat, et non amplius se illi submittit; severitatem iudiciorum ipsius reformidabat, at ferè ea amplius non metuit; fugiebat peccatum, modo illi accessit, illud metuebat prout appropinquatis serpentis timetur, et nunc Eva similis non modo illud cum curiositate audit, sed etiam cum oblectatione.

Videte hunc hominem olim conventionum et contractuum usurariorum adeò inimicum, ut vix coram iudice ea, quae sibi legitimè debebantur, repetere audeat, hominem hunc, qui procul ut ex modicis quibusdam summis magna foenora acciperet, quos ingentes gratis mutuo dabat; quantum sit modo mutatus; ambabus manibus rapit et iuratur; quò magis calamitosa sunt tempora, eò magis iustis vel injustis ditescendi rationibus studet. Unde provenit hoc discrimen? Quia paulatim enormitatis peccati amisit ideam, sibi que malam effent conscientiam.

Cernite hanc puellam olim adeò modestam et timidam, ut nec viri vultum aspiciere audeat; hanc puellam tam moderatam et castam, quam val ambiguum verbum pudore suffundebat, carnitisme modo eam ita facili et amatoris blanditiis deditam, ut aliorum cupiditates accendat, atque totius civitatis idolum et fabula facta sit. Unde provenit tam monstruosa mutatio? Enimvero peccatum non amplius eodem intuetur, quò illud intrabatur, paulatim innocentes pavores suos circa indecentes libertates, quos sumere volebant ii, qui eam accedebant, sedavit, paulatim afuevit viris, quos, intuari non audebat verita, ne nimia familiaritas modestiam et honestatem sui sexus quodammodo labefactaret; haec causa perditionis et lapsuum utriusque sexus personarum.

Opponant huic malo contrarium remedium, praeventus ipsorum lapsus timidiores et sapientiores ipsos efficiat, et tunc poterunt perseverare in gratia, quam receperunt. Reasumant conscientiam illam teneram et delicatam; vivas dolor, quòd Deum offenderint,

41.

42.

43.

hiit, quod...  
 virtutum, ut...  
 us. Eadem...  
 Semper est...  
 qui ad...  
 eadem...  
 spinas et...  
 imo, respic...  
 nos hortatur...  
 nostram...  
 atificans...  
 eaturi...  
 nus sit...  
 vii...  
 id agemus...  
 Dei...  
 id simul...  
 haec...  
 us timoris...  
 defectus...  
 quem habet...  
 cautionis...  
 eimus. Defe...  
 ta non...  
 t ferore...  
 is tribus...  
 que erunt...  
 tum, ut...  
 peccati...  
 tenerentur...  
 Huius...  
 festi...  
 at ipsos...  
 gratia...  
 nos cum...  
 genus...  
 tertia...

ipsos magis sentire faciat peccatorum suorum enormitatem; gaudium quod cum Deo ipsis bene sit et conveniat, et metus illum amittendi ipsis vel in minimis culpis terrorem inveniatur: haec erit vera ratio conservandi gratiam, quam gratuita et infinita ipsius misericordia eis reddidit.

Deo vel in minimis culpis: qui animam eos contemnit paulatim ducit. Unicus lapis ab edificio Spirituali avulsus alios sacrum trahat, indolens languor in servitio Dei de die in diem ei jugum illius gravius efficiat, ipsius Spiritus se indifferentem in diversa objecta se diffundens minus admoneat. Sua fiet attentus, cor ipsius aggravabitur, quin vix id advertat, et sub quorundam bonorum operum, quae facit, obtentu mala sibi indulget, in quibus nihil adeo flagitiosum inveniat.

\* Tract. i. in i. Ep.  
Joan.

Quodnam ad hoc remedium? quaerit à S. Augustino? Dicit ille vobis cum Sapiente, custodite diligentem cor vestrum, timete etiamnum peccata, quae vobis levia videntur, si ea contemnitur cum ea ponderatis, illorum numerum metuite ubi ea numeratis: imò an leve et exiguum nuncupari potest id, quod Deo displicet, et quod multis occasionibus est mortale, quamvis falsa conscientia illud sibi occultat?

44.

\* Luc. 12.

Secunda ratio perseverandi in gratia, quam accepistis, est accurata et continua vigilantia. Vigilate, ait Jesus Christus, vigilate, Beati addit, Beati Saviilli, quos cum venerit Dominus inveniat vigilantes, et vigilantes super omnia bona sua constituat eos. Vigilate, omnia vos ad hanc vigilantiam impellunt, versutia Daemonis, peccati illicia, gratiae fragilitas, proprii cordis vestri levitas.

45.

Versutia Daemonis: Nunquam tot fraudes tantamque vim adhibet, quam ad pervertendos et corrumpeudos justos. Pirata iste non quaerit nisi navas copiose onustas, ait S. Chrysostomus, illas negligit, quae vix habent malos et funes. Hic fortis armatus in pacem relinquunt induratos peccatores illos, qui jam à longo tempore sunt ipsius: in illos duntaxat cum furore invahitur, qui jugum ipsius sciens excusserunt.

Peccati illicia; ignis non ita bene extinguitur, quin demum accendatur, occasiones quas SS. Patres occasiones

fumantes nuncupant, gravi illum demò animabunt. Quando tentatio naturam corruptam demulcet, quando grata et amoena objecta cupiditates inflammant, atque omnia animae organa commovant, tum victoria à fugâ pendet: Recedite, inquit Deus apud Isaiam, Separate vos à generatione ista corrupta, si Salvari cupitis, clamat S. Petrus\*. Exite de Babylone, exite citò de illâ, ne vos efficiatis Sclitorum ejus, et plagis ipsius fariamini\*.

\* Act. 2.

\* Apocalyp. 18.

Vultis semper conventus illos frequentare, ubi si nullas Distractiones perpetratitis, tranquillâ aliorum obtruncationes auditis? Conventus illos, ubi, si vobis vultus satis gravis et severus ne in latitias et profanas cantilanas erumpatis, auras vestras continuo foveant cantilena illae, quae, quamvis antiquis obscuritatibus careant, tamen nimias adhuc continent, ut verbis ambiguis et tenebris cor vestrum vane inficiant.

Fragilitas gratia: flos vernus aëre vel nimis calido vel nimis frigido non tam citò tabescit; delicatus color sub radiis ex ardente sole diffuantibus non tam citò corrumpitur; imbalis corporis constitutio insalubris climatis contagionem non tam citò contrahit, ac anima vacans Sacramentis mundata, contagiosas vitii impressiones recipit.

46.

Proprii cordis vestri levitas; Quoties cor istud subdolum et inconstans vos prohibet? Si una parte illud tenetis, tantum aliis dilabitur, modo caput erigitis valut acundiam, quae trunco suo adhuc insistit, modo illam curvatis et versus terram inclinatis sicut fragilem plantam, quam tempestas aliqua dejecit. Vigilate ergo, vigilate.

47.

Sed ad perseverandum in gratia non sufficit vigilare, oportet etiam hanc necessariam vigilantiam favore et orationis continuitate fovere. Vigilate, et orate, inquit Jesus Christus\*, vigilate, ac si omnia à continuâ ad vosmet ipsos attentione penderent, orate, ac si omnia ab infinita Dei misericordia penderent.

\* Matth. 14. v. 38.

Vigilate, vobis dimicandum cum hostibus, qui nunquam dormiunt: orate, illos sine auxilio ab alto provaniente vincere non valebitis. Voluntas vestra ad vos pertinet, eâ bene utamini; Jus hanc bonam voluntatem dandi atque in gratia perseverantiam ad Deum spectat: omnem presentem vestram favorem et perseverantiam ad eam obtinendam adhibete.

Qui comedunt me non dormiunt.

Fraute ad conuiliandam uobis diuinam protectionem id,  
 quod facit infans, ut matrem suam impallat ad providen-  
 dum exigent<sup>is</sup> necessitatibus: \* Infans iste, licet nihil possit  
 perficere, aut propriis pedibus accedere ad matrem nequeat,  
 nihilominus voluitur, clamat et plorat inquirans matrem,  
 erga quem ipsa summam afficitur misericordia. Mater gaudet  
 de infante quarente eam cum labore et clamore, et cum non  
 possit infans ad eam paruenire, nihilominus ob multam pie-  
 ti inquisitionem ipsa mater abit ad illum ipsius amore cop-  
 ta, amplacitur, circumfovet summa cum dilectione: figura  
 satis propria, ut intelligatis, Fratres mei, quod quae uos non  
 potestis per uosmet ipsos, illa à Deo postulare debeatis, uocis  
 oculos, et magis adhuc corda uestra attollere uersus patrem  
 patrem, qui gaudens quod infirmitatem uestram et neces-  
 sitates sentiat, festinabit uobis in exercitiis boni operam ferre,  
 atque curare, ut in eo humiliter perseueretis.

49.

In tali rerum statu constituti, quid melius agere po-  
 testis, quam si cum discipulis euntibus in Emmaüs clametis:  
Mane nobiscum Domine quoniam aduersariis. Quot ex  
 uobis iam atata sunt procati, et licet in uere uita uas-  
 tra essetis: quam sapientiozem et utiliozem orationem  
 ad Deum fundere possitis, quam si ei dicatis, Mane nobis-  
 cum Domine? Diuites uel pauperes, nobiles aut ignobiles,  
 nihil refert, perseuerantia in gratia sola erit omnis the-  
 saurus uester, et tota gloria uestra.

\* Gen. de imita-  
tione Christi lib.  
4. c. 16.

\* O dulcissime atque amantissime Domine: dicere uos  
 oportet cum magno quodam uiro et peritissimo uita spiri-  
 tualis Magistro: tu solus es summa felicitas mea, tu sis  
 infirmitatem et miseras meas, pro remedio ad te uenio,  
 manifesta tibi sunt omnia interiora mea, tu sis melius  
 quam ego, quibus bonis indigeam praeter omnes, ecce sto ante  
 te pauper, et nudus, gratiam postulans, et misericordi-  
 am implorans. Erige cor meum ad te in coelum, et ne dimi-  
 tas <sup>me</sup> vagari super terram, qui es unicum et summum bo-  
 num meum.

De  
 Sana patri-  
 tum corre-  
 ceptitate  
 nendi

fratentum,  
 uicita fuere re-  
 ne gratiam, qu-  
 latus est per  
 et. fratres; m  
 se in illis sumum  
 metienda; cura  
 uosionum in  
 Si gratiam, q  
 factus est,  
 di accidit: Hoc  
 Si gratiam quam  
 bus, qui transtun-  
 is dicit filius for-  
 uelit conservare  
 amobret ample  
 uedat; ingens e  
 illa fatigata et se

Attende tibi  
 puto, et si homo  
 tua salutis huc  
 sum potest.  
 Attende tibi ip-  
 sum omni ex p-  
 teli possit; animo  
 lato parvigilem  
 laquos, qui in or-  
 hanti, et quos in  
 cumque igit  
 uos horradis in-  
 luegit, et unq  
 hunc admodum  
 tione destituti  
 se, qui ipis for-  
 Attende tibi  
 hant, sed tibi ipi-  
 ti, uoluptatibus

Documenta Moralia

Sensa Patrum et Theologorum circa miserum Statum eorum, qui in sua peccata relabuntur, necessitatem perseverantiae et media eam obtinendi.

I.

Præteritum, præsens, futurum obligant hominem, cui peccata sua remissa, ut sibi invigilet, si velit conservare gratiam, quam accepit. Præteritum; magnum eluctatus est periculum; caveat ne Jenuo in illud incidat. Præsens; magna sustinenda sunt proelia; caveat ne in illis succumbat. Futurum; magna ipsi restat via amittenda; curam gerat, ut omnibus, quibus ad illam perficiendam indiget, muniatur.

Si gratiam, quam accepit, conservare velit, sicut Sanus factus est, non amplius peccat, ne quid deterius illi accidat: Hoc Jesus Christus ad paralyticum locutus est. Si gratiam quam accepit, conservare velit; resistat hostibus, qui transitum ipsius impedire conantur. Hoc Moyses dixit filiis Israël post illorum ex Aegypto egressum. Si velit conservare gratiam quam recepit, animam suam corroboret amplo bonorum operum apparatu, Surgat et comedat, ingens enim ei adhuc restat via. Hoc Angelus Elia fatigato et sopore oppresso dixit.

II.

Attende tibi ipsi; Hoc consilium dedit Moyses populo, et si homo eo probè utatur, tunc cum auxiliis gratiae salutis suae inimicis resistere valebit, nihilque in eum poterunt.

Attende tibi ipsi, hoc est, prout explicat S. Basilus, te ipsum omni ex parte collustra et circumspice, unde impati possis, animæ oculum ad solertiam tui custodiam habito parvigilem et insonnam. Per medios ingredieris laqueos, qui in omnibus locis, per quæ transire potes tan si sunt, et quos inimici tui astutia tibi occultat. Circumspice igitur et lustra omnia, quò à laqueis serenis Torcularis instar quæ perspicacissimis oculis suis omnia detegit, et nunquam in vanatorum laqueos incidit. Inauditum admodum et turpe tibi esset, si animantibus ratione destitutis deterius coeco impetu in laqueos te conjiceras, quæ ipsi frustra tenduntur.

Attende tibi ipsi, hoc est, non tuis, non iis, quæ circa te sunt, sed tibi ipsi et soli attendito. Ita tibi ipsi, et non quieti, voluptatibus, oblectationibus corporis tui, neque im-

\* Homil. in illud: attende tibi ipsi. 52.

- » modico studio, consueveris fragilem sanitatem, fluxam pul-  
 » chritudinem, temporalem prosperitatem, quarum inque-  
 » ta cura negligis media idonea ad ornandum animam  
 » tuam, eam iterandam, atque ad auferendum ab ea id,  
 » quod illam Deo invisam reddere, mortemque illi offerre po-  
 » test.
54. » Attende tibi ipsi, hoc dicit Medicus aegroti, vel convales-  
 » centi, ut non nisi iis utatur, quae ad ipsius restitutionem, vel  
 » sanitatis ipsius conservationem conferre possunt: Hoc ipsum  
 » etiam celestis Medicus iis dicit, quibus peccatum lethales  
 » morbos auersit, vel qui parati sunt in eos, à quibus  
 » illos sanavit, relabi. Magna sunt peccata tua; sine  
 » ra confessio, amara lacrymae, vigilae et abstinencia  
 » continua; en vera illorum remedia.
55. » Attende tibi ipsi, ne à recta via aberras, nec ad dex-  
 » teram desillas aut sinistram, valit viator impediens,  
 » qui bonas vias deserit, ut malas ambulet: ne cum Super  
 » firmam terram aedificare deberes, oligas mobilem aranam  
 » sicut architectus qui artem suam ignorat, vel qui cum  
 » aedificis, quod exatit, solidam materiam adhibere possit,  
 » non nisi paleam vel viles lapides adhibat.
56. » Attende tibi ipsi: tenax sis et observans praesentium,  
 » futuri providus, ut ne quod jam suppetit et in corde tuo  
 » est, per torpidam segnitiam à te exatias; aut per vera-  
 » nam praesumptionem immeritò de quibusdam praerogati-  
 » vis gloriaris, quas non habes. Nunquam tibi promittas id,  
 » quod praesens à te non pendat, vel quod amittere poteris,  
 » stude solummodò iis bene pati, quae ad salutem et eter-  
 » nam beatitudinem tuam conferre possunt.
57. » Attende tibi ipsi: desine unius cuiusdam mala ex-  
 » plorare, et inquirere curiosius, neve inerti et otiosa  
 » cogitatione vaces investigandis aliorum morbis, po-  
 » tius tibi ipsi attende, id est, oculo animae in se reflexo  
 » te ipsum explora, et inquiri solertius. Ne imiteris ex-  
 » emplum Superbi illius Pharisaei, qui surrecta cervice  
 » se ore suo iustum praedicans, Publicanum pro abjecto ha-  
 » bebatur et vili. Te ipsum percunctans ne caecos te disci-  
 » tere, atque serio statum conscientiae tuae examina. Quot  
 » modis legem Dei peccatis tuis, verbis et actionibus trans-  
 » gressus fueris? quot cogitationes non modo inutiles et

vanas, sed etiamnum flagitiosas habueris: quot verba fluxa, et  
 precipitata injuriosa proximi tui famae protularis? Quot u-  
 querimonias! quot murmurationes! quot imprecatio-  
 nes in adversitate effuderis! Qualis tua jactantia, qualis u-  
 tuus contumeliosus fratrum tuorum contemptus in pros-  
 peritate fuerit! Haec omnia serio tibi animo sunt re-  
 volvenda, ne in eadem vitia relabaris, quae tibi jam sua  
 re indulta.

Attende tibi ipsi: ut in stadiis, quod decurris, eos, qui  
 tibi praecurrunt assequi, vel eos praeventare studeas, si po-  
 tes, et si Deus tibi gratiam tribuat. Inprimis ne sis ramifus, et  
 somnolentus, supinus. Semper vigila, inimicum tuum  
 semper observa, ne te occupet, caput nunquam ad terram  
 inclinas, sed semper erectum teneas, manus tua sine inter-  
 missione iis sit intenta, quae ad tuam perseverantiam  
 conficere atque impedire possunt, ne relabaris.

## III.

Jam à longo tempore Deus et Daemon inter se con-  
 tendunt de possessione cordis humani. Deus est verus et  
 legitimus illius Dominus, ipse illud condidit, versus ipsum  
 tendere debent illius propensiones et desideria. Daemon  
 ad illud nullum jus habet, est usurpator et tyrannus,  
 quem nunquam oportet agnoscere. Libertas hominis  
 hanc contentionem decidere videtur; sed post deprava-  
 tionem naturae per peccatum magis propendat ad ma-  
 lam partem, quam ad bonam, et volens conciliare verum  
 Dominum cum tyranno, petit, quemadmodum pseudomar-  
 ter illa, de qua in libro tertio Regum fit mentio, ut in-  
 fans dividatur.

Quam temeraria et injusta est haec petitio! An  
 ille cui omnia debentur, parte quadam contentus  
 erit? et an non cor humanum modo Deum suscipian-  
 do per poenitentiam, modo illud expellendo per relap-  
 sum novissima sua multò pejora prioribus efficit?

Quando Daemon Janus in illud ingreditur, acci-  
 pit septem alios spiritus adhuc nequiores se, inquit  
 Jesus Christus. Infelix et miser peccatoris status!  
 Sed status, jure à Deo vindicis punitus, ait S. Ambrosius,  
 cum unum Deum pro Domino habere noluerit, fasce  
 cogitur dominationem plurimum tyrannorum. Quando  
 plures Dominos  
 habet, qui unum  
 non habet.

incipit perdere innocentiam suam habuit pro Domino Iam-  
nam, et quando recuperatam denuo amisit, tunc habet Sep-  
tem. Quinam sunt isti, et quibus signis illos dignoscemus?  
Illos dignoscemus ex septem peccatis septem Donis Spiritus  
Sancti oppositis, inquit S. Bernardus\*.

\* De Diversis Sam.  
15. De Sept. Donis  
Spirit. Sancti con-  
tra Septem vitia.  
60.

Ignorat quod ad  
vincula stultus  
trahitur.

61.

Quia scriptum ig-  
norat, foras mitti-  
tur, et in alienis  
se occupat curiosus,  
dum sicut non ca-  
pit qualem se rati-  
queat intus. S. Bern.  
Ibid.

IV.  
Primum horum Donorum S. Spiritus est Donum Sapia-  
tia, quod hominem in recta via regit, atque discernere  
facit bonum, quod facere tenetur, à malo, quod vitare de-  
bet: et caracter primi huius maligni Spiritus est caren-  
ter ignorantia et Stupiditas, infelix peccator permitti-  
tur errare in viis suis; sinitur Samson iste dormire in sinu  
Dalila, nec inimicis suis diffidit, quorum non fiat ludibrium.

V.  
Secundum horum S. Spiritus Donorum est Donum in-  
telligentia, per illud anima iusta cognoscit non tantum  
bonum, quod facere tenetur, sed insuper illud, quod ipsam  
ad altiorem perfectionem perducere potest, non tantum  
id quod est de praecepto, sed etiam quod est de consilio:  
et secundus Spiritus maligni caracter est temeraria et  
vexana curiositas: peccator frequentibus suis relapsibus  
se ipsum obliviscitur, atque aliis omnino rebus quam se

se ipsum occupatur, auti anima sua status ipsi esset indifferens,  
aut ultimum cogitationum suarum objectum esse debent.  
Si vel modice saperet, examinaret, quid ipse fuerit,  
et quid sit, praeterita sua proposita, et presentes suas in-  
fidelitates, gratias quas recepit, et eas quibus abutitur:  
Sed curiositatis Spiritus iste ita cum dissipat, ut sibi ipsi  
sit semper velut peregrinus. Inde temeraria iudicia illa  
circa aliorum actiones, quae forte nihil mali continent,  
et fatalis indulgentia illa circa suas, quas omnes vi-  
dent et condemnant, et quas ipse solus non videt. Inde  
mala suspiciones illae, iniqua Iudicia circa proximi  
sui agendi rationem, dum intarum propria vitia sua si-  
bimet occultat.

VI.  
62. Tertium S. Spiritus Donum est Donum consilii, quod  
anima media ostendit, quae adhibere debet ad securius  
finem, quem sibi proponit, attingendum; et tertius ca-  
racter maligni Spiritus huius, est Spiritus pertinacia,  
non vult cognoscere bonum quod ipsi proprium est, ne  
illud amplectatur. Inquantibus sui relapsus ipsum velut  
per gradus in reprobationis abyssum ducunt. Sponte se ob-  
vocat circa proprium suum infortunium; nec hoc sufficit,

cum maligna curiositate in aliorum vitam inquirat, cum potius suam examinare deberat: necdum satis, in suis pravitatibus obstinatur, bona quae ipsi dantur consilia irridet, et ut cum S. Scriptura loquamur, facit sibi frontem prostibuli.

## VII.

63.

Quartum et quintum horum S. Spiritus donorum, est donum scientiae et fortitudinis; per unum intramus in accuratam multorum nostrorum disputationem; per alterum excitamus ad ea implenda, ut uti abjecta et laboriosa videantur. Per unum evitamus subtilissimas etiam numerum illusiones, per alterum maxima obstacula superamus. Sed quando frequentar in nostra peccata relabimur, non habemus nisi Spiritum dolosum et hypocritam, Spiritum mollem et languidum, qui minimis difficultatibus deterratur.

## VIII.

64.

Sextum et septimum S. Spiritus donum est donum timoris et pietatis: Timoris, qui animam intra muneris sui limites continet, ne Deo displiceat: Pietatis, ut sibi munus faciat ei semper placendi, atque semper adherendi. Sed quid facit demon, quando per relapsus nostros illum revocamus? Saevum adducit Spiritum impietatis et desperationis. Non amplius de Deo cogitamus, nihil fore amplius de illo audimus. Antea progrediebamur, et retrocedebamus, verum tandem ad hoc extremum infortunis devenimus, ut omnia discrimini permittamus, nequaquam revertendi ad Dominum, et inter brachia infinitae ipsius misericordiae nos conjiciendi relinquimus.

## IX.

65.

Hortamur vos per communem fidem nostram per pactum vestri veram circa vos et simplicem charitatem loquitur abbat S. Cyprianus Rogatiano et aliis Confessoribus, ad quos scribat, ut gloriam vestram forti et perseveranti virtute teneatis. Adhuc in saeculo sumus, adhuc in aera constituti de vita nostra quotidie dimicamus: danda est opera, ut post haec initia ad incrementa quoque veniatur, et consummatur in vobis quod jam rudimentis felicibus esse coepistis. Parum est adipisci aliquid potuisse, plus est quod adeptum est posse servare, sicut et ipsa fides et natiuitas salutaris non accepta sed usque torbida vivificat. Nec statim consecutis, sed consummatis hominem Deo servat. Dominus hoc magisteris docuit dicens: Luci sanus factus es, jam noli peccare, ne quid deturius tibi contingat. Salomon, Saül, et ceteri multi quamdiu in viis Domini ambulaverunt, datam

» sibi gratiam tenere potuerunt; rucadente ab his discipli-  
 » nâ Domini, recessit et gratia.

X.

65.

Relapsus universalem confusionem in ~~mensis~~ anima,  
 peccatoris progignunt: confusionem in mente, illam excu-  
 cant; confusionem in corde, ipsum corrumpunt; confu-  
 sionem in passionibus, illas magis furentes et intraitabiles  
 efficiunt.

Anima in primis suis cum creatura illigationibus, nec  
 disceptantè molestis stimulis aspergere valens, incipit co-  
 gnoscere errorem suum, et lumina ab alto illustrata satis  
 frequenter ad rectam et bonam viam redit. Sed ubi demum  
 se vitiis implicat, vix quidquam amplius in viis Dei cognos-  
 cit, minus suis actionibus invigilat, enormitatem et tris-  
 tas peccatorum suorum sequelas minus agnoscit.

Ut hæc tenebra, quæ mentem obscurant, densantur, ita  
 cor pervertitur et induratur, quemadmodum cor Phara-  
 nis inter Ægypti tenebras, tranquillè gravissima munita  
 sua obliviscitur, et sine scrupulo ea omittit.

Simile est malis nominibus seu debitoribus illis, qui  
 minora debita idè sunt taxat solvunt, ut majora contra-  
 here possint, quæ ita multiplicant, ut postmodum solvendo  
 non sint. De exiguis quibusdam nimisque importunis credito-  
 ribus expediunt, et quia bonâ fide ipsis satisfaciunt, magis  
 audacter magnas pecuniarum summas mutuis accipiunt, quas  
 soluturos se promittunt. Ita frequentissimè agunt homines,  
 inquit S. Chrysostomus: exiguis quibusdam peccatis se in Tri-  
 bunalis Confessionis idoneos, quia appropinquante solamini  
 quodam festo id agere tenentur; sed ut relapsibus suis debita  
 sua augent, ita cum minori molestia se implicant, at-  
 que satisfacere minus cogitant.

In hoc miserando statu arbitrantur se esse mutatos  
 et conversos; sed passiones indociliores et turbulentiores,  
 quàm prius fuerant, satis palam faciunt, eos nec mutatos  
 nec conversos esse. Reuatis suis nova addunt sacrilegia.  
 Apartè in quædam flagitia relabuntur, quæ prius ocul-  
 taverant. Non erat verus David in lecto suo recubans,  
 sed statua quam Michol pedibus contexerat, ut Saulis  
 milites falleret.

66.

XI.

» Obraero te et mones parentis affectu; ait S. Hieronymus  
 Epist. ad Lucianum. » Scribens ad Lucianum: ut qui Sodomam reliquisti, post ter-  
 » rum ne respicias. Ne aratri Stiram, nec fimbriam Salvato-

ris, quam semel tenere coepisti aliquando dimittas, ne de ce-  
 cito virtutum pristina quaesturus vestimenta descendas, ce-  
 ne de agro revertaris domum, nec campestria, et amosana ce-  
 hortorum diligas, qui non irrigantur de coelo, sed turbido ce-  
 flumine..... Coepisse multorum, ad culmen pervenisse pau-  
 corum. Qui in stadiis currunt, omnes quidem currunt; sed unus ce-  
scipit bravium; at contra de nobis dicitur: Sic currite ut ce-  
comprehendatis, non est invidus agonotheta nostras, nec ali-  
 cuius palma alteri parat ignominiam: omnes athletas ce-  
 suos Deus coronari desiderat.

XII.

Homo his relapsibus violat fidem quam Deo dedit, et  
 scapè postmodum Deus fit inexorabilis. \*Sedecias Rex Juda ce-  
 jubante Domino praeciperat omni populo, ut dimitteret ce-  
 unusquisque servum suum, et unusquisque ancillam suam, ce-  
 Habraam et Habraam liberos; et nequaquam dominarentur ce-  
 eis, ~~ut~~ ut qui fratres eorum et aequi Habraei ce-  
 ipsi, essent.

Omnes Principes et universus populus Regi obediaverunt, ce-  
 atque servos suos liberos dimiserunt; et quamprimum se ce-  
 ab hostibus suis liberatos viderunt, consilium mutaverunt, ce-  
 et servos suos et ancillas quos dimiserant liberos retraxerunt, ce-  
 et in famulos et ancillas sibi denuò subjugaverunt. Sed quid ce-  
 dicit Deus? Mentem mutastis, et reveri estis, et comma-  
 culastis nomen meum: et reduxistis unusquisque ser-  
 vum suum, et unusquisque ancillam suam, quos dimise-  
 ratis ut essent liberi; et sua potestatis: et subjugastis ce-  
 eos ut sint vobis servi et ancillae: et ecce ego praedio vo-  
 bis libertatem ad gladium, ad partem et ad famem. Vos fo-  
 dus meum praevaticati estis, et non observastis verba fo-  
 deris, quibus assensi estis, ~~et non observastis~~ in conspectu ce-  
 meo, reducam in civitatem hanc inimicos vestros, qui ce-  
 ab ea ad tempus duntaxat recesserant, capient eam et ce-  
 incendiant igni.

XIII.

\*Suam quisque et mercedem et thesaurum suscipiens, ce-  
 omni studio hanc vitam pertransire conetur. Plures nam ce-  
 que ab ipsa juventute multa congregantes, instantibus ma-  
 lignorum Spirituum incitamentis, tempestatis onus, arte ce-  
 gubernationis deficiente, ferro non valuerunt, sed omnium ce-  
 iacturam fecerunt. Alii pudicitiam, quam usque à pueris ce-  
 thesauri & avare, voluptate pestilenti voluti procella quadam ce-  
 irruente perdidit. Ô miserabile spectaculum! post je-  
 ce-

68.  
 \*S. Basiliius in  
 principium Pro-  
 verb.

» iunia multa, post durum vitæ genus, post longas ad Deum  
 » preces, post viginti aut triginta annorum lacrymas et ab-  
 » stinentias in momento fructibus laborum suorum privatum  
 » se videre: vult dives mercator aliquis, qui sæpè exantlati  
 » terribilibus procellis, vix non in conspectu portus, quem  
 » mox intraturus erat, infeliciter naufragium patitur.  
 » Tum homo suâ negligentia vel temeritate amittens  
 » quidquid rationum habet, cum propheta dicere potest:  
 » Descendi in altitudinem maris et tempestas demersit  
 » me. At ubi homo iste post restauratam navem suam,  
 » atque recuperatis iis, quæ amiserat, propria suâ culpâ  
 » secundum naufragium patitur, an majus infortunium co-  
 » gitari potest, quàm illud quod sibi relapsu suo accessit?

## XIV.

+ 26id.

» Quamobrem | concludit ex his S. Basilii\*: | vitæ pla-  
 » rum moderare, oculum regere, ne per eum sive auditum,  
 » sive linguam animæ tuæ malicia turbetur, et sicut  
 » nauclavis mos est de die solem, et de nocte, stellas obser-  
 » vare, ut felicem peragant navigationem: leva oculos  
 » tuos ad eum, qui in caelis habitat: respice sine intermissis.  
 » ne solem iustitiæ, sicut quæ tibi mandata illius vult  
 » tot astra, quæ te dirigant. Ne patiaris, ut oculi tui et  
 » pupillæ claudantur, inimicus homo durante somno tuo  
 » in agris tuis gigantia certò saminaret, quæ bonum semen  
 » suffocarent, atque omnem laborum tuorum fructum tibi  
 » auferant.

## XV.

69.

Status hominis, qui sæpè in sua peccata relabitur,  
 suspectam reddit poenitentiam, quam de iis agit, status  
 qui moraliter ~~est~~ reddit impossibilem, quam adhuc de  
 iis agere debet, si illorum veniam obtinere velit.

In relapsu omnia suspectam reddunt poenitan-  
 tiam, quam quis de præteritis suis peccatis agit: Suspec-  
 tam ex parte boni usûs. Sacramentorum, quæ præter  
 gratiam sanctificantem certis quibusdam actualibus  
 gratiis magnas vires tribuunt ad non peccandum: Sus-  
 pectam ex parte dispositionum interiorum poenitentis,  
 qui debuit habere sincerum dolorem, et prout S. Scrip-  
 tura loquitur, profundum dolorem de peccatis suis. At  
 quid simile habet, quod illum habuerit? È contrariis  
 an non credere oportet, quod cum ad eam frequentor et

faciliter labatur, non fuerit, nisi dolor, qui animam super-  
ficiam leviter duntaxat perstrinxit, nec in eam intra-  
vit. nisi dolor à quodam objecto solito vehementiori ex-  
citatus, nisi tristitia, pavor, et flux<sup>a</sup> commotio.

XVI.

70.

Hic peccator immeritò quiescit est circa innumeras  
res, quæ in ipsius animam terribiles singulos relinquare  
deberent. Dies veniet, quando de iis omnino aliter judi-  
cabit, et forte jam id egit in certis quibusdam morbis  
quos lethales arbitrabatur, et quæ illum in insolitas  
anxietates conjiciebant. Sed quid erit in agonia, quan-  
do anima sibi ob oculos ponens præterita peccata sua  
et illusiones post aliquot momenta Deo redditura est  
severam de iniqua vita sua rationem? Ad eò verum est  
quod dicit Authoꝝ libri Euleniastici: De propitiato peccato \* c. 5.  
noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super pecca-  
tum; ac si diceret: Quamvis etiamnum peccatis, quæ jam  
commisisti nullum aliud adjicias, nescires tamen, num  
ea tibi sint remissa: at verò quàm ingenti timore per-  
stringi debet ille, qui relapsibus suis ea multiplicavit?

XVII.

71.

Ne ergo quis amplius dicat: præter modum commo-  
tus fui, quando pedibus Sacrorum Ministrorum me obvol-  
vi. A Deo veniam postulavi omnium peccatorum quæ com-  
misi, et tum cognovi cordis mei affectus respondere ver-  
bis oris mei. Nihil facilius quàm hac occasione se ipsum  
fallere, inquit S. Gregorius\*, qui animadvertit, inveniri  
interdum peccatores, qui arbitrantur, se veros esse poeni-  
tentes, quamvis ipsi tales non sint, sicuti dantur  
justi, qui tentati ad perpetrandum peccatum aliquod,  
arbitrantur se amisisse gratiam, quamvis illud non com-  
mississent.

\* part. 3. ad-  
monit. 21.

Illi immeritò sibi adulantur de bono, quod non ha-  
bent, quia proposita, quæ fecerunt, completa non fue-  
runt; et isti se lapsos esse sibi imaginantur, quamvis  
semper steterint, quia in molestis, quæ occurrunt,  
tutationibus titubaverunt. Mira circa utroque Sa-  
pientia et justitia Dei dispositio! Sed dispositio, quæ  
nobis palam facit, quòd quemadmodum peccata non  
commissa oculis ipsius animam flagitiosam non effi-  
ciant; ita bona proposita, quæ quis quidem facit, sed  
non est executus, ipsius judicio animam verè poenitentem  
verè poenitentem non efficiant. Hac ratione non

post longas  
morum laque  
aborum suorum  
is, qui sepe  
spatu postu  
rafragium p  
al temeritate  
pheta dicit  
tampestas dem  
ratam nave  
t, propria h  
majus infortu  
relapsus su  
S. Basilus  
ner enim dicit  
ta turbetur  
de nocte staba  
ationem: lera  
spicia sine m  
mandata illius  
atiaris ut oculi  
no durante bon  
at, quæ bonum  
n tuorum fructu  
a peccata relab  
quam de iis egit  
ilem, quam illi  
obtinere vellet  
rediret poeni  
is peccatis egit  
torum, quæ po  
ibusdam astuti  
non peccando  
riorum peccatis  
m, et poeni  
de peccatis  
bessit? licet  
ades frequent

habet nisi odium supposititium peccati, et si inter-  
dum hoc evanit, quando in illud non relabatur, aut sal-  
tem tam cito non relabatur, quid erit, ubi relapsus  
sunt prompti, frequentes, habituales?

## XVIII.

72.

Sed si poenitentia ex his rationibus est suspecta  
respectu peccatorum delictorum, moraliter est im-  
possibilis respectu Satisfactionis, quam quis Deo dare tenetur  
Dei iis, in qua Deus relapsus est.

Hae poenitentiae duabus aliis illustrari poterunt. Prima,  
quod sermo non sit de quibusdam infirmitatis peccatis, quae  
S. Augustinus quotidiana peccata nuncupat, et vix devoti  
possunt, ut sunt distractiones in oratione, verba inutilia,  
motus praecipitanti, levas impatientiae, quae potius ab anima  
quae non semper satis vigilans esse potest, elapsae videntur,  
quam à voluntario consensu provenire. Loquimur de pec-  
catis mortalibus, malis consuetudinibus, quae quis saepe  
reiteratis actibus contraxit, et quae in causa sunt, ut volun-  
tariè et tranquillè in priora flagitia sua relabatur.

Secunda, quod impossibilitas Deus redeundi ad poe-  
nitentiam post relapsus, non sit absoluta impossibilitas,  
sed moralis iustanata, id est, prout explicat S. Athanasius,  
summa et ferè invincibilis difficultas relinquendi peccatum  
suum et ad Deum revertendi, quem peccator sapiens des-  
pexit. In hoc sensu dixit S. Paulus Hebr. 6. Quod impossi-  
bile sit eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam  
donum coeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti,  
gustaverunt bonum Dei verbum, virtutesque sancti  
venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam

Quid enim ex his conjici potest? nisi quod etsi gra-  
tia multis abundet per fugias ad revocandam infidelam  
animam à suis aberrationibus, hae omnia per fugias  
quodammodo exhausta videntur pro illa, quae in pecca-  
ta sua relabatur.

## XIX.

73.

Primum horum per fugiorum est cognitio veritatis.  
Tum haec anima ab alto illuminata videt, quod non  
dum viderat, scilicet fragilitatem bonorum huius  
mundi, et soliditatem bonorum coelestium: tum hoc lu-  
mine penetrata miratur se ignorasse, quod si ve tan-  
ti ipsius intarerat, atque dormivisse super capidinem

\* In quest. ad  
Antiochum  
quest. 93.

precipitii, nec periculum, cui se exponeret, cognovisse.  
 Suae aberrationes ipsam perturbant et confundunt.  
 Oportebat ne, inquit apud semet ipsam, ut sapientiam et  
 prudentiam in alienis negotiis ostentans, veras meas ra-  
 tiones non agnoscerim in illis quorum cognitio et successus  
 unica è mea re erant. Oportebat ne, ut me ipsam delude-  
 rem, atque consilio pro aeterna habitatione meâ desti-  
 tuta tanto furore post rapidas voluptates, bona et hono-  
 ras momentaneos curarem?

At verò primum hoc per fugium aliis peccatoribus tam  
 utile, vix non inutile fit iis, qui in peccata sua relapsi  
 sunt. Quis eos afficere possunt haec nova lumina? Verita-  
 tes illas, quas gratia aliis manifestat, jam ipsi norunt,  
 jam sciunt, quanta sit mundi in suis promissis infi-  
 delitas, bonorum suorum fragilitas, amicitiarum sua-  
 rum inconstantia, voluptatum suarum immunditia:  
 haec non erant veritates, quae pro ipsis novitatis gratiam  
 et illucina haberent.

Ubi primum Israelitae apparere nocte luminorum  
 columnam illam, quae illos ducebat, viderunt, tam gra-  
 tia sua repleti spectaculi novitas ipsos perculit, et quia timebant,  
 ne si Moysis mandatis submissi non essent, inobedi-  
 entiam suam supplicium statim sequeretur, fecerunt quod  
 ipsi praecipiebant; verum paulatim habitam illi veneratio-  
 nem et observantiam intermiserunt, istudque prodigi-  
 um eos et eorum ipsorum eo modo, quo primum non amplius  
 affecit.

Eadem est ratio eorum, quibus gratia terribilem, ad  
 quem eos peccatum redigit, statum prima vice palam fe-  
 cit. Tum admirabantur beneficae misericordiae prodi-  
 gia, quae per noctem illos illuminabat, atque umbrâ suâ  
 per diem tangebatur; sed sensim gratum hoc spectaculum  
 eisdem effectus producere desinit. Compunctis et dolor de  
 peccatis suis minus vehementer fuit: perterriti sed insensibi-  
 les; revocati per gratiam, sed abrepti per malas suas  
 consuetudines, lumina non viderunt, nisi ut ei terga  
 obvertarent, et contanti gratiae oeconomiam admirari,  
 si malitiosè obstiterunt.

Dominus novis radiis eos adhuc illustrare potest,  
 sed verò inde profectum faciunt. Caritas et cupiditas vi-  
 cissim eis dominatae fuerunt, familiariter cum gratia et  
 passionibus suis agerunt. Quid postmodum ab ipsis potest ex-  
 spectari? nihil fore amplius norunt, quod jam non cogno-

virint; primum hoc per fugium tam utile aliis ad eos in salutis vias reducendos, ipsis inutile factum est per suos frequentes et voluntarios lapsus.

XX.

75.

Secundum per fugium aliis peccatoribus favens, est car-  
quis quidam gustus et sapor donorum coelestium; suavis con-  
 quitaverunt solus coeleste latus quam gratia super poenitentia initia effundit; secreta  
 voluptas in portando iugum Domini, gaudium internum quo  
 afficiuntur, dum se vident gravi peccatorum suorum onere liberatos, et libertate filiorum Dei frui.

Tum ipsi <sup>Sicunt</sup> cum Rege poenitente: tandem catana mea accidarunt, et incipio respirare procul ab onere, sub quo gemebam: unica dies in domo tua plus valet quam mille alia in tabernaculis peccatorum: calix tuus ut ut amarus praedicetur, nullam pro me continet amaritudinem. laboriosissima mandatorum tuorum munera sunt castissima felicia mea; nihil me à tuo servitio abalienabit, nihil me ad proposita mea mutanda adducet, obstacula, quae in offensionem adducunt animum.

S. Cyprian. lib. de  
 lapsis

Sic loquitur verus poenitens, qui se revens ex servitute sua extractum sentiens incipit gustare dulcedinem donorum coelestium. Sed an inconstantes peccatores illi, qui lapsi à gratia ad peccatum, et à virtute ad impuras voluntates transierunt, ita loqui et cogitare possunt? Manna coeleste ipsis factum est insipidum, et cor ipsorum nauseat super cibo isto, qui ipsis nimium levis videtur. Soliti in morore et laetitia vesari, à mensa Dei ad mensam demonis transire, suspirare terram et coelum, surgere et cadere, fidem dare et frangere, sibi affecerunt semitam peccatorum in qua ambulant, inquit Regius Propheta\*. Non est nisi continua circumlatio, circum molam, cui sunt alligati, sicut infortunatus Samson vertuntur: omnia ipsos conuertunt, nihil figit, mundo eadem dant suspiria, ac quae demum Christo dederunt, cum hoc tamen discrimine, quod unus cor illorum magis afficiat quam alter.

\* Curambulantium in deliciis suis. Psal. 67.

Si haec corda lapidea essent, malleus gratiae adeo vehementer illos percuteret, ut scinderentur: sed sunt corda cerea, quae varias assumunt figuras: nisi extraordinarii quidam adhibeantur ictus, ad statum suum et formam naturalem revertantur. Quinam status, quam terribilis secapis à vis salutis! Christus Jesus haec de re mantem suam aperuit verbis,

quae quamvis figurata sint, tamen tremorem iis omnibus injicere debant, qui illorum sensum probe capiunt: Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retrò aptus est regno Dei.

Non dicit enim in Regnum hoc non ingressurum, atque amittere jus omne, quod ad illud habere posset, sed ait: illum ei aptum non esse: insolita expressio! Quando dicimus quod quis non sit aptus ad scientiam aliquam, artem, officium, dignitatem, rem in suo fonte sumimus et ex parte malorum dispositionum, quae faciunt, ut ipsi res ad vota non succedat, et hoc ipsum, nisi fallor, Jesus Christus nobis significare voluit, hominem scilicet inconstantem, qui postquam se Dei servitio manipavit, retrò respicit, aptum non esse regno ipsius.

## XXI.

77.

Impudicus, homicida potest vehementer commoveri ob sua crimina et converti. Conversio Davidis sincera fuit, et poenitentia ipsius primum cum vita finem accepit. Impius potest ad se ipsum redire et de suis sacrilegiis poenitere: Id egit Manasses, qui adoravit et coluit Deum patrum suorum, cujus altaria subverterat.

Raptor alienorum bonorum, restituendo injustitias suas potest placare iram Dei, atque illum sibi propitium efficere, ut in domum suam eum recipiat: Id accidit Zacharias, qui ~~repperit~~ quod rapuerat restituit, et elemosynas suas liberaliter in sinum pauperum effudit. Mulier hilaris et lepida mundo placere studens et voluptatibus suis abris, darentem moveri potest, atque flagitia sua amara flere: Sic fecit Magdalena pedibus Jesu Christi obvoluta, qui eam in pace imò non sine elogio dimisit.

At quando Achab minis Eliae territus cinere se cooperuit, et postmodum ad Baal et ad falsos suos Deos rediit: quando Sadeias gravibus Jeremiae admonitionibus permotus ipsum accessit, ut ab eo doceatur, et Janus ad pravitatem cordis sui revertitur, atque Prophetae hunc proiecitur jubat in lacum: quando uxor Jaroam, quae depositis regis vestibus modestas induerat Samaritaniam rediens idolis suis ut antea sacrificat: Quid his omnibus accidit, et quale est illorum fatum? Omnia his peccatoribus, qui in pravitates suas relabuntur sunt pertimescenda.

## XXII.

Perseverantia in bono est directè opposita inconstantia Spiritui huius, ipsaque figit hominem justum in Statu, in quo esse debet ut Deo placeat. Illius dantur duæ Species: perseverantia in Statu justitia, in quo quis est, et in quo tandem permanet, quamdiu gratiam Dei conservat; et perseverantia finalis, per quam fideliter usque ad finem vitæ suæ donum hoc cœlestis ab infinita et gratuita misericordia ipsius proveniens conservat.

Hæc ratione omnes illi qui receperunt gratiam Baptismi, non semper eam conservant, et si eam usque ad finem vitæ suæ conservant, tunc est perseverantia finalis, quæ in ipsis illis ipso momento incipit, quo hoc Spirituales suæ regenerationis Sacramentum receperunt; cum è contra si hanc Baptismalem innocentiam amittunt, et si postquam illam recuperaverint, in gratia Dei moriuntur, dici potest, quod primum post recuperationem hujus gratiæ perseverare inciperint, cui usque ad mortem semper fuerunt fideles.

Hæc ratio justus potest labi immò pluries relabi, et insignis peccator potest post longos et frequentes lapsus recipere gratiam justificationis et vania peccatorum suorum. Si justus ille postquam lapsus est in unicum etiam annum peccatum mortale in isto Statu moritur, omnia ipsius præterita bona opera à Deo oblivioni traduntur ex defectu hujus perseverantiæ finalis, ipsaque in æternum damnatur; et si peccator iste quamvis malis consuetudinibus et diutinis flagitiis implicatus postmodum justificatur, et si unico momento in hoc justitia Statu duratante permaneret, in æternum salvatur, posito quòd in illo moriatur.

## XXIII.

\* Tract. 48. in  
Evang. Joan.  
c. 10.

» Qui perseveraverit usque in finem salvus erit. Hæc  
» est illa vox, inquit S. Augustinus\*, quam ovis quæ Chris-  
» ti est audit, et quam ille, qui non est de hoc mundo nu-  
» mero, non audit. Hanc vocem intelligit aqua æ vera  
» nova, quando ad tempus sequitur Jesum Christum; sed cum  
» ab eo recessit palam facit, quòd vocem non audierit, quæ  
» illum hortabatur ad perseverandum usque in fi-  
» nem.

Audit quis ad Christum omnes insignes veritates, quas nos docet audit, et inter ceteras hanc: Qui perseveraverit usque in finem salvus erit. Si eam, prout oportet, audit, signum est, quod sit de numero harum ovium. Sed si postquam per aliquod tempus illam audivit, caput ipsius vertatur, et in peccata sua relabatur, atque in eis moriatur, non est de numero harum selectarum ovium.

Qui de hoc numero sunt, possunt per aliquod tempus aberrare, sed in perpetuum non perseverant, revertuntur ad vocem, quam neglexerunt, et conantur fidelius, quam hactenus ea exequi, quae ab illa docentur. Deus illorum lapsum et reditum providit, et postquam per tempus aliquod aberraverunt, audiunt et sequuntur vocem boni istius Pastoris, qui eis dicit: Qui perseveraverit usque in finem salvus erit.

Haec est, Fratres mei, addit S. Augustinus, vox salutis qua resonat in tabernaculis justorum. Facile est audire Jesum Christum in aliis, quas docet veritatibus, atque laudare mirabiles res illas, quae sunt in ipsius Evangelio: sed in bono usque in finem perseverare, est caracter ovium, quae audiunt et sequuntur veri Pastoris vocem. Si ingruant tentationes, perseverate, et sitis justi usque ad finem.

XXIV.

80.

An inter tot fideles, qui sunt super terram, vel unus est, qui certo se de numero predestinatorum esse credat? Utile etiamnum est, ut istud Dei Sacramentum in haerita sumus, occultum manserit, ut in salutari timore contineamur, quia sciri non potest, num ii, qui stadium decurrunt usque ad terminum curriculi sui felici perseverantia sint parvaturi.

Potest sperari haec perseverantia, imò oportet eam quotidie postulare à Patre luminum, à quo pendet omnis excellens gratia et omne donum perfectum. Na ergo desperatis hanc gratiam recipere, quia vobis praecipitur, ut spem vestram in ipso et in vobis collocetis.

Sitis quid scriptum sit: Maledictus qui spem suam collocat in homine. Beati à contrario omnes ii, qui in Deo confidunt. Sed memineritis, quod spem hanc conservantes ut eam vobis utilem servatis, id agere debetis, quod ibidem annotatur, scilicet servire Domino cum timore.

Directe opposit  
figit homines  
eo placeat. In  
n Statu justitia  
anet, quando  
ntis finalis, per  
e donum hoc cor  
a ipsius pro  
ceperunt gratia  
nt, et si eam  
st perseverantia  
ipit, que hoc  
reciperunt, in  
antiam amittit  
n gratia Dei  
t recuperatione  
ui usque ad  
imo plures ali  
gos et frequen  
es et venia pecc  
apsus est in  
o statu mortuo  
oblivioni tradit  
is, ipsaque in  
vris malis con  
tus postmodum  
estitia statim  
er, porito quod  
finem salutem  
s, quem ovium  
est de hoc  
ntelligit apud  
sum Christum  
am non audient  
edum usque in

» Nemo enim hinc in terris certus esse potest hujus aeternae  
 » vitae, quam Deus ante omnia saecula filiis promissis-  
 » nis sua destinavit. Haec certitudo tunc demum haberi  
 » bitur, quando vita ista, quae continua est tentatio, fi-  
 » niatur; Sed speramus accipere hanc perseverantiam fi-  
 » nale ab eo, cui quotidie dicimus: ne permittas nos Sue-

Et ne nos inducas  
 in tentationem.

### B. Supplementum.

81. Illi, quibus differendum est de lapsu in peccatum,  
 vel de perseverantia in gratia, proclara invenient in  
 tractatu gratiani de poenitentia, media gratiam amissionem  
 recuperandi, et in ea perseverandi. Prima, secunda, et ter-  
 tia distinctio pulcherrimis Conciliorum et Patrum testi-  
 bus abundat.

Posunt ea legi, quae S. Ambrosius hac de re  
 loquens de S. Paulo. S. Basilus Epistola ad Chilonem.  
 S. Gregorius lib. 19. Moralium c. 26. Lib. 27. c. 7. et tertia  
 parte pastoralis. Richardus à S. Victore in Apolopsin  
 parte 2. lib. 1. S. Athanasius in suis questionibus quart.

82. 93. Tertullianus lib. de poenitentia c. 2. c. 5. ejusdem  
 operis affert multas causas frequentium lapsuum, inter  
 alias amissionem timoris Dei et gratitudinis propter ipsius  
 » gratias. Si idcirco te peccasse poenituerat, quia Dominum  
 » peccas timere: cur quod metus gratiam perdidisti, rescindere  
 » maluisti, nisi quia metus desisti? Neque enim timo-  
 » rem alias contumacia subnequit.

» Cum enim ignorantes Dominum nulla exceptio tusa-  
 » tur à poenâ! quia Deum in aperto constitutum, vel ex  
 » ipsis coelestibus donis incomprehensibilem ignorare non  
 » licet: quanto cognitum despicere periculorum esse? Despi-  
 » cit porro qui bonorum ac malorum intellectum ab eo con-  
 » scutus, quod intelligit fugiendum, quodque jam fugit  
 » resumens, intellectui suo, id est, Dei dono, contumeliam  
 » facit, respuit datorem cum datum deserit, negat benefi-  
 » cium cum beneficium non honorat.

Pulcherrima etiam invenientur in libris S. Augustini  
 de correptione et gratia, et perseverantia, atque in libris  
 S. Prosperii de vita contemplativa.